
AREOPAGITA

MANTVÆ PATAVINI I. CON. NVNC PRIMVM in studiosorū gratiam editus.

De Iudi. & ubi quisque agere uel conueniri debeat.

Repetitis legibus tribus, paulo fusius ad fi.tit. cōsensisse scilicet, hæres absens, & ubi cæptum, materiam sanè utilem & frugiferam continentibus.







PATAVII, MDLXVII.

nis:



De Iudi. & ubi quisque agere uel conueniri debeat.

ARgentarium.
Ad peremptorium.
Consensisse 1.2.
Cecus.
Cum prætor.
Cum furiosus
Destitisse.
De eo.
De qua re.
Eum qui.
Edictum.
Exigere.
Et tertium.
Et post edictum.
Eum quem temere.
Hæres absens.1.2.
Insulæ.
In tribus.
Iulianus ait.
In omnibus.
Iudicium soluitur.
In peremptorio.
Lis nulla.
Licet.
Mortuo Iudice.
Non uidetur frustrãdæ.
Non à Iudice.
Nonnunquàm.1.2.
Non potest.
Non alias.
Non uidetur in iudicē.
Non quemadmodum
Non quicquid.
Non idcirco.
Obseruandum.
Pars literarum.
Per minorem.
Per interuallum.
Proponebatur.
Qui prior.
Quod legatur.
Qui se dicit.
Qui neque.
Recte.
Si se subijciant.
Si quis ex aliena.
Si quis posteaquam.

FINIS.

AMPLISSIMO VIRO Leonardo Contareno, Patritio Veneto Nobiliss. Bergomatum præfec. optime merito, D. & patrono suo obseruandiss.

Mantua Patauinus I. Con. S.



VM primum, Leonarde Contarene, præfecte Magnifice te Bergomi præfectum optime meritum in Senatu summo omnium patrum consensu designatum fuisse intellexisse, quod fælix faustumq; sit, statim mihi uenit in mentem ad tituli

noſtrorum Iuriſconſultorum de Iudicijs, & ubi quis agere uel cõuenire debeat, interpretationem legumq́ in eo contentarum, Syntagma iampridem à me cõſcriptum, nulli alij quam tibi ob id, alioquin prudentisſimo ſapientiſſimoq́, debitum fore et conuenire Libro .n. Areopagitæ nomen inſcriptum eſt, quod non aliud ſonat, quam iudicium incorruptũ, quippe quod ſanctus, grauis & integer eſſe debebat, moreſque ſpectatißimi, eius qui in Areopagitarum conſilium erat cooptãdus, Qua de re tibi rurſum, qui talis es, Iudiciumq́ tuum ſanè incorruptißimum, idipſum alacriter

dicamus, tuoq; nomini aſcribimus, & conſecramus, putantes officij munerisque noſtri eſſe, ſic patronos deligere, ſic Mecænates colere, ſic deniq; maiores extollere, prædicare, & reuereri, ut nihil prætermiſſum uideatur eorũ quæ neceßitatis uinculo quodam nobis quodammodo iniunguntur, peragenda ſunt, Imò quod ad ea animamur ueluti aliquo inſtituto, ratione impellimur, & quaſi ineluctabili fato ipſo potius, rapimur, trahimur, & aſtringimur. Munuſculum igitur hoc, qualecunque ſit, Clariß. Vir, libenti animo ſuſcipe, tuumque iudiciũ adhuc exactißimũ cum hac tra-

ctatione perpendas, et consideres, quia te etiam ita natura instructum esse cognosces & existimabis, ut id æque etiam cum istis Iurisconsultorum nostrorum (iterato dicam) & conferre poßis, & eos quidem facile æmulari. Vale, meq́; ut soles ama, tui studiosißimum, quem amplius obseruo & admiror.

DE IVDICIIS, ET VBI QVISQVE agere uel conueniri debeat.

Vlpianus.



I se subiiciant; *Si quis promittat coram Iudice alieno respondere, et ex præsenti cōsentiat in Iudicem præsentem, & acceptantem, satis prorogata erit eius iurisdictio, etiam citra lit. cont. ut hic, per quem tex. ita etiā dixit Abb. in c. i. col. 7. de iudi.*

Secundo sciendum est, in materia prorogationis, quod pactum de respondendo coram Iudice alieno licitum est, & ualet etiam in clerico, ubi interuenit consensus sui Iudicis, nec contineat turpitudinem aliquam, usque adeo ut non possit impune recedi ab illa naturali æquitate, quæ dictat pacta seruari debere, ut in l. i. ff. de pac. & possit agi ad interesse, maxime de iure canonico, quia nudum, uel ad pœnam si apposita est de dolo non, quia ubi competit aliud ius agendi, ea actio non datur. l. i. §. i. ff. de dolo. ex quo infamat l. non debet ff. eo. et de iure canonico dixi quia alias agi poterit si fuerit uestitum, alias solam exceptionem producet, deque materia etiā in l. si conuenerit. ff. de Iu. o. Iud. interim Abb. declarat & fusius in præallega. c. i. col. 8.

Tertio quod statuta italiæ disponentia instru

menta publica, executioni mandari, non absque ratione sunt condita, ex quo Guarentigiata fundantur in praecepto notariorum habētium iurisdictionem ordinariam inter consentientes, qui appellantur Iudices chartularij confessionata, in confeßione, emanante adhuc coram notario, simplicia uero per similitudinem, ut not. hic, & in l. rem non nouam. C. eo. & in l. fi. C. ubi & apud quem, in int. resti. postu. est uerum, quod Guarētigiata & confessionata à iure cōmuni non exorbitāt, Simplicia sic. l. minor XXV. annis cui fidei commissum relictum est. ff. de mino. Alex. in l. si cum dotem in. §. eo autem tempore col. 2. ff sol. Mat. Ange. in l. si praetor in. §. si iudex. ff. de re iud. Anto Cana. in trac. de execu. instru. in 4. q. col. 2. & 3. deq; his iudicibus chartulariis Alex. consi. 92. ad fi. uol. 7. Bar. in l. i. in pe. col. ff. de iu. o. iud. glo. in. §. hanc igitur in auth. de armis deque eorum iurisdictione, quod est uoluntaria, idem Alex. in rub. ff. de no. o. nun. col. 2. ego multa in c. quoniam contra de proba.

Quarto quòd quamuis iurisdictio delegati nō possit prorogari, de persona ad personam, ex quo est delegantis & non delegati. c. sanè de offi. del. l. i. ff. de offi. eius cui man est iu. poterit tamē si fuerit delegatus ad uniuersitatem causarum, ut hic not. Nihilominus cogita rationem praedictam, generalē fore, & procedere in quocunq; delegato, & propterea dubitat Abb. & bene, ubi

ubi etiam ego late, in c.p. & g. in ult. not. de offi. del.

Quinto, quod quando quis potest interuenire in actu duplici respectu, debet exprimere, quo modo adesse uelit, seu actum exercere, ut hic, & ut in pulchro casu Ancha. arguit, cõsi. 423. ad fi.

Et hic (Sexto) Ro. quod qualitas procedendi, facit præsumi qua ex potestate uelit quis procedere, an ut arbiter uel ut arbitrator, uel Iudex per not. hic consi. 247. col. 2.

Et idem ferè Bal. alibi, (Septimo) qđ ex tractatu præcedenti, discutitur euentus rei, consi. 299. col. i. uol. i. & Ro. met, consi. 91. nu. 15. alias col. 3.

Octauo ad prorogationem redeuntes quòd facta uidebitur, si nihil sit à parte oppositum ut inquit Bar. in l. 2. col. 3. ff. si quis in ius uo. nõ ie.

Nono qđ olim non omnes tribunali præerant sed maiores magistratus tantum minores autẽ in subseliis ius reddebant; de quibus intellexit hic l. Cõ. inquè illis uerbis. Qui tribunali præest & in illis (reddendo singula singulis) uel aliam iurisdictionem habet, autor est Cice. in Verrem. i. ubi Asco. pedian. ita declarat παλλάδιον quoq; olim tribunal erat in quo homicidæ, Venefici, sicarij, & causæ capitales iudicabantur ut Isocrat. testatur. & ad. d. uerba qui tribunali facit tex. etiam in l. non est. ff. de ma. uin. & in l. fi. C. ubi

& apud quem, & in l. libertus à patrono .ff. de in ius uo. & in l.4. in §. hoc autem iudicium .ff. de dam.inf. & in l.scire oportet in §. pe.ff.de ex cu.tu. & Io. 18. ibi, & sedit pro tribunali in loco qui dicitur, licostratos. & Math.27. ibi sedente autem illo pro tribunali. & hinc Satyr. quanquam non essent urbibus illis prætexta, & trabeæ, Fasces, letica, tribunal. & alibi Calceus et grandes magna ad subsellia suræ.

Decimo quòd non semper iurisdictio coheret territorio, ut illa chartulariorum de quibus hic & dictum est supra ex quo sine eo est, & habet (ut dictum fuit pariter) uoluntariam tantum. functusq; est officio suo ipse cum primum partibus instrumenta tradidit, non secus ac Iudex sententia lata, usque adeo ut nec poßit amplius illud corrigere. l. Iudex posteaquam ff.de re iud. Ange.in l. Imperator.ff. de sta.ho. & ideo dicebat Bar. in l si quis ex argentariis in §.nec iterũ .ff.de eden. q̃d licet lex: iudex postea quam præallega. loquatur, in iudice locum tamen habet etiam in notario, qui iudex est.

Vndecimo quòd instrumentum Guarentigiatum non requirit causam ex quo in iudicio factũ uidetur, quo casu nec causa desideratur, unde cõfessus sine causa & informaliter habetur pro cõdemnato; inquit etiam Alex.in l. 4 col. 2. C.de repud. he. hinc statutum dicens instrumẽta huiusmodi habere executionem paratam, ut supra ha

beret

beret locum etiam, si opponeretur in eis causam non esse, ut ibi.

Duodecimo, quod iurisdictio iudicis chartularij poterit prorogari, quia uidemus hinc quod instrumentum conficit inter iudeos, ut tradit Ro. in rub. ff. de no.o.nun. ubi Ale x. & alij col. 2.

Decimo tertio, si chartularius non iudex esse ctu esset quod non posset in instrumento Guarentigie, precipere partibus, de obseruando promissa, ut not. Benedict. de Barzis in tracta. Guarenti. in prin.

Decimo quarto, quod prorogatio non modo de persona ad personam fieri poterit, uerum etiam de tempore ad tempus, de quo ego multa in c.p. & G. de offi. del. nouissime Bal p. not. hic, & post Inno. in c. de causis eo. titu. in l. si cum ipse in prin. ff. de excu. tuto.

Decimo quinto, quòd chartularij habituales etiam appellantur, ex quo iurisdictionem, quam habent inmediate à Principe, habent habitu, & non actu, nec ipsius exercitium, nisi inter consentientes, & sic nullam, inquit in simili, idem Bal. in l. statutis ad fi. C. de sen. ex pe. recitan. sed habent (ut dictum est supra) uoluntariam, uocati etiam sunt priuilegiarij, à membranis priuilegiorum l. rem non nouan. C. de iudi. idem Bal. consi. 105. col. 3. uol. 3. & breuiter nulli præsunt administrationi, ut dicit etiam Bar. in l. fi. ad fi. C. ubi et apud quem & in l. iubemus in. §. sanè i. col.

. C. de sacrosanc. ec. inquit in Tuscia appellari chartularios, refert Boer. decisio. 222. num. 15. par. 2.

Est uerum (Decimosexto) quòd in aliquibus locis notarij appellantur iudices, sed (ut adbuc Bal. inquit alibi) iste usus loquendi, non dat illis auctoritatem, quā non habent in c. cum à nobis nu. 6 de testi & bene, argumentum in l. priuatorum consensus C. de iurisd. o. iud. & in l. decurionum. C. de pœn. & in c. osius de electio.

Decimo septimo, quod si quis se submiserit Iudici ordinario, non uidebitur se submisisse, ut in arbitrum, nisi pœna adiecta sit, ut hic not. & in l. episcopale. C. de ep. aud. quod etiam tradit Gui. Papa deci. 370.

Decimo octauo, quod contractus iuratus factus coram notario, habet executionem paratā, ex quo est Iudex ordinarius, ut ore aperto dixit Soci. in l. 2. ad fi. ff. de iureiu. & male, quod sit Iudex ordinarius, ut proxime ostensum est, sed bene ex alijs, de quibus pariter supra quod contractus habebit executionem paratam, quod tamen æquiparetur Iudici ordinario, tradit etiam Alex. consi. 92. ad fi. uol. 7. & Corn. consi. 99. col. 1. uol. 3. & consi. 238. col. 2. eo. lib. & consi. 259. col. 2. eo. lib. his uerbis, quod Guarentigia est obseruatio alicui facta, per mādatum Tabellionis, qui est Iudex ordinarius. Bal. ante eum in l. si fideiussor, in prin. C. de fideiusso.

Decimo nono, quod Iudæi non possunt esse notarij, ex quo notarius habet iurisdictionem, uo luntariam (ut supra) Iudeus uero, inter Christianos, Iudex esse non potest, ergo l. fi. C. de Iud. & not. in rub. (ubi Seysel. in specie) ff. de iusti. & iu. colum. 2.

Vigesimo, quod prorogatio etiam causæ criminalis, poterit fieri, cum consensu tamen domini, prorogantis, alias non, & si fuerit clericus cũ consensu sui Episcopi. c. significasti, de fo. compe. Inno. in c. duo ad fi. de offi. ordi. Gui. Papa multa consi. 174. col. 2.

Vigesimo primo, quod prorogatio, requirit præexistentiam iurisdictionis prorogandæ, ut in pulchro casu declarat Bellame. deci. 747. col. 2.

Vigesimo secundo, quod fraudes uerisimiliter cessant, ubi interueniunt instrumenta, manu notariorum, quia ipsi quoq; dicuntur Iudices chartularij, ut hic, & dictum fuit sæpius supra Cor. nouißime consi. 185. nu. 10. uol. 2.

Vigesimo tertio, iurisdictio delegati à Principe, per priuatum nõ potest prorogari, ut hic not. & dictum fuit supra in delegato ad uniuersitatem causarum, nouißime tradunt Ferrarien. in rub. de offi. eius cui man. est iu. col. 2.

Vigesimo quarto, quod in casibus in quibus prorogatio prohibetur, multo fortius prohibebitur delegatio, ecce quod in his quæ sunt meri Imperij potest fieri prorogatio ut hic not. & dictũ

fuit

fuit supra & tamen eo casu prohibita est delegatio. d. l. 1. & ibi not. ff. de offi. eius cui man. est iu.

Vigesimo quinto, quod uerbum, ius dicentis, de quo in l. i. ff. de iu. o. iud. comprehendit etiam officium eorum qui exercent iurisdictionem inter uolentes, & de quibus hic, quod ad plenum tamen disputatur in d. l. i. ubi & nos aliquando diximus, multa.

Vigesimo sexto, quanquàm notarius, sit Iudex, declarando ut supra quod nō tamen coram eo poterit bo po. agnosci, nec corā testibus, quia est actus iudiciarius, ut not. in l. fi. C. qui admi. ad bo. po. pos.

Vlpianus.

Consensisse; *Etiam infra ad fi. fo. 71. Errantis & dubitantis nullus est consensus, ut hic, igitur si quis errans seu dubitans adierit hæreditatem, aditio nihil operabitur, ut tradit Ancha. consi. 357. col. 2. & ideo hinc dicebat Stepha. Fed. in tracta. interpreta. iu. col. 26. quod uerbum consensus de sui propria significatione excludit errorem uim & metū, & in simili Io. Raynal. in c. Imperialem in § habito de probib. ali. per fed. quod si dominus non certam, sed erroneam scientiam habuerit, non censebitur consensisse alienationi feudi à Vasallo factæ. In usib. sumpto arg. ex his quæ hic dicuntur.*

Secun-

Secundo scias tamen, quod hic nõ requiritur scientia Iudicis, quodque prorogatur iurisdictio ordinaria, ubi scientia fundamẽti non deficit, et quod si index scit factũ, licet erret in iure, citatio ualebit facta à dubitante de iurisd. delegati, l. multum interest .ff. de cond. & de. Bal. in c. pasto ralis nu. 14. de rescrip. Nonnihil Ro. consi. 446. col. i. & consi. 496. col. i. Bar. in d. l. multum, & in l. sed & si. ff. de acqui. he.

Tertio quod actus meticulosus ualet, ex quo uoluntas coacta, uoluntas est l. si mulier §. si me tu. ff. quòd met. causa præterquam tamen in dote, d. l. si mulier §. si dos in matrimonio (ut adhuc ibidem not.) et in prorogatione iurisd. ut hic quibus casibus, ipso iure nullus est, & aliis quãplu ribus de quibus in l. interpositas. C. de transac.

Quarto dico quod ius prætorium se ad iudicium refert, sensusque est hic, quecunque inuenerit prætor, uel Iudex metu esse facta, ea non obseruabit nec ex his tribuet iudicium, maxime si ipsi metum intulerint, ut hic, & in l. si qui ex cõsensu. C. de ep. aud. nonnihil in l. 2. in §. eo tempore. ff. de ori. Iu. Pau. Cast. in rub. C. qui admi. Hosti. in summa de his quæ ni metusue cau. fi. in §. qualiter rescindantur. Moder. Hispa. in tracta. de ulti. fi. Iu. nu. 424. Et rursum quòd testis non dicitur inuitus deponere nisi allegata excusatione esset compulsus uiribus præture, quia qui non al

legat priuilegium illud perdit & consentire uidetur, ut hic & in l. uoluntarie de excu. tuto. Bal. in l. parentes col. 2. C. de testi.

Quinto, quòd si reus Iudicem suspectum habeat, uel quia sit eius inimicus, uel aduersarius de eius familia, uel ex aliqua alia causa, ad recusationem ipsius recurrere debet, ut hic & per Bar. in tracta. de ordi. iud. col. 3.

Sexto quòd tex. iste, loquitur in prorogatione, quæ non dat principalem iurisdictionem, sed adiuuat, & seruit ad not. q. Bal. in c. congregato nu. 3. de electio. dixi ego in l. multum interest. ff. de cond. & de. præallega. & unum uerbū supra.

Septimo, quòd nihil agimus, nisi legi satisfiat, ut hic in §. i. & in l. i. C. de lib. præte. & in l. i. in §. si enim. C. communia de lega. & in l. filiofamilias. C. de iure del. quodque Iudicis non sui prorogatio, utriusque consensū requirit usqueadeo ut per solam ipsius aditionem, conuentionem, uel libelli oblationem, facta non dicantur, ut per Bar. in l. si conuenerit col. 2. ff. de iu. o. iud.

Octauo quanquam legatus habeat ius reuocādi domum, siue huius iuris priuilegium, ut hic dicitur in §. legatis. & in c. fi. ad fi. de fo. compet. scias tamen quòd non haberet affectata legatione. l. & qui data. ff. ex quibus cau. ma. Feli. in d. c. fi. col. 15.

Nono (quicquid dicant alij) quòd non ē in hoc

correcta, lex romana ex quo (ut inquit (idem) Feli. & bene) non apparet, in d.c. fi. & quòd non mutatur (adde tu) cur stare prohibetur. l. sancimus. C. de testa. l. præcipimus. C. de appella. fieriq; debet expresse correctio. l. fi. C. de ind. uid. tol. alias iura iuribus concordantur l. i. C. de inoffi. dot. c. cum expediat de elec. in. 6.

Fauore dotis etiam cessat priuilegium istud, l. si uxore. ff. de iud. idem Feli. ubi supra col. 17. et sic (ultra eum) priuilegiatus non utitur priuilegio contra pariter priuilegiatum. §. sed & hoc præsenti in auth. de sanctiss. ep. not. in c. in præsentia de proba.

Obseruat rursum Rota, quòd præsentes in curia, reip. causa, suis aduersariis respondeant, neq; ius reuocandi domum habeant, de quo tamē magna est dubitatio, ideo adhuc Feli. uidendus est, in loco praallega. inq; facto consistit, & facta nō præsumuntur nisi probentur. l. in bello §. facte. ff. de capti. & post li. re. l. quæcunque in fi. ff. de publicia.

Decimo quòd copula; & hic posita in uer. sed si Iudex (eritque intellectus) non arguit consensum iudicis ad tempus prorogandum. sed narrationem facti potius ostendit, quòd etiam sensit Præpo. senen. in q. suis casu 4. q. 12. nu. 12.

Et ad propositum (Vndecimo) priuilegii iuris reuocandi domum, intellige: i. locum seu ciui-

tatem ubi quis domicilium habet, prout dicit et Alex. consi. 129. col. 3. uol. 7. Colligitur etiam ex not. hic, quòd quando priuilegium alicui concessum est, insertum in corpore iuris, ei nunquàm derogatum intelligitur, etiam per clausulam non obstante, nisi de eo expresse mentio facta fuerit, de quo late etiam Crot. in l. nemo potest col. 11. ff. de lega. i.

Duodecimo, quod peregrini qui uadunt Romam pro indulgentijs, uel asisium, non possunt conueniri in ciuitatibus, per quam trãseunt, nec pro represalijs capi, ut hic rursum, & in auth. omnes peregrini. C. communia de succesio. ibi libere hospitentur, Bal. Marga. patronatus. nu. 5.

Decimo tertio, quòd non debet quis esse in potestate sui aduersarij, inquit Bal. per istum text consi. 173. col. 2. uol. 2. unde ille cui nunciatum est nouum opus, quique remissionem petit, reconueniri non potest, nanque iniquũ foret (ut dixi) quòd in potestate aduersarii sui esset prætoris iurisdictio, ita Bal. ibidem & in simili Abb. si per modum reconuentionis uellet quis accusatorem suum reaccusare, coram Iudice non suo, quòd nõ posset, ex quo accusator illum iudicem non elegit neque sponte iuit ad eum, sed necessitate quadam potius propter maleficium uel iniuriam sibi factam, unde non conuenit, quòd malignitas aduersarij sui, propter quam cogitur eum accusa-

re, faciat ut posit reaccusari coram iudice non suo, in c. i. col. 10. de mut. peti. & col. 13. si actor conueniat reum, coram Iudice ipsius actoris, quem tamen reus poterat aliquo priuilegio declinare, quod apud eundem Iudicem potest & debet fieri reconuentio.

Decimo quarto, quòd grauare quem ut satisdet est onerosum, ut hic in uer. sed & si dubitetur, & ideo si petatur cautio, ne quis offendatur, admitti non debet nisi causa cognita, inquit Imo. in l. 1. in §. i. ad fi. ff. sol. Mat. & Feli. in rub. de treu. & pa. col. 5. Nonnihil Bar. ad uerbum causa cognita de quo hic in l. . col. 2. ff. si quis in ius uo. non ie.

Decimo quinto, sicuti debitor in loco non sui fori, non conuenitur ut caueat se soluturum in loco sui fori, ut hic, quod à simili sic capi non poterit per Iudicem incompetentem, ut creditori satisfiat, de quo tamen alias in l. 2. ff. de iu. o. iud.

Decimo sexto adhuc, quòd forensis repertus in loco cum re mea debet remitti cum satisdatione ad locum sui domicilii, si fuerit autem legatus, stabitur iuratoriae Cautioni, & rationem assignat Bal. in l. fi. C. ubi in rem actio. Et si uagabundus, quòd ubilibet poterit conueniri, nisi cauerit de redeundo ad locum sui domicilij, ut per Abb. in c. fi. col. 7. de fo. comp.

Decimo septimo si fuerit opposita exceptio ex

communicationis, & Iudex ad ulteriora proceſ ſerit tacite pronunciare uidetur, exceptionem non procedere ita ut nec amplius opponi poßit, niſi appelletur, de quo alias in c. i. de reſcrip. in 6. & in c. inter monaſterium de re iud.

Decimo octauo, quòd maior poteſtas requiritur in adiectione pœne, quam in diſpoſito principali, ut hic in §. fi. ergo qui non habet diſponere ſimpliciter, nõ poteſt diſponere pœnaliter, inquit Bal. in pulcherrima q. an ſtatutũ inualidum poſſit iuuari adiectione pœne in l. omnes populi col. 6. ff. de inſti. & Iu.

Decimo nono, quòd mulcta regulariter conſiſtit in pœna pecuniaria, ut hic, declarant Ferrarien. in d. l. 2. col. 7. de iu. o. iud. dicentes etiam alibi, quod delegari non poteſt adhuc per iſtum tex. in l. Imperiũ col. fi. ff. eo. quòd delegatus mulctare non poßit indubitatum eſt tamen fallit in aliquibus caſibus quos hic non ſcribo, dic ut per Soci. in regu. 8 5.

Vigeſimo quòd qui habet officium ſine iuriſdictione pœnam, ſiue mulctam adiicere non poteſt alias ſic, ut inquit Bal. in ſtatut. officialis nu. 1. Qui aliter etiam dicit ibidem, Statuere nu. 5 3. quod ſtatutarii, non poſſunt pœnas adiicere, ſine ſpeciali mandato, & formaliter per iſtum tex. non aliter dicentem.

Vigeſimo primo quòd de Iure, Caſtellani Dal

phinales, mulctare non possunt, ut hic, sed de con suetudine, sic quòd attestatur Gui. Papa decisio 626. in prin.

Additio.

AD supra dicta redeuntes in prin. & in. §. i. sciendum est si laicus litiget coram ecclesiastico Iudice *, iurisd. prorogata, quod iudicabit secundum ius canonicum nisi aliud dictum sit ita Abb. in c. quòd clericis col. 4. de fo. cōpet. deq; materia huius l. etiam infra ad fi. ti.*

Vlpianus.

Non uidetur frustrandæ; *Quòd non uideatur latitare ille, qui si præsens esset, ad respondendum non cogeretur ut hic ita etiam dicit Abb. in c. i. col. 5. de iudi.*

Qui dicit etiam (& Secundo) ubicunque notorium esset, citatum non teneri ad comparendū quod neq; Iudex posset procedere contra eum, uelut i contra contumacem in c. cum ordinem col. 2. de rescrip. & de quo etiam in cle. pastoralis in §. pisana de re iud. & in c. si Episcopus 3. q. 2. In no. in c. 2. de dila. Bar. in l. 2. ff. si quis in ius uo. non ie. Capel. Tholosa. decisio. 165.

Et ideo (Tertio) si Episcopus citaret fratres

mendicantes notorie exemptos, non tenerentur comparere etiam ad allegandum priuilegiũ exẽptionis, de quo in l. si quis ex aliena infra eo. & in hoc multi Iudices simplices decipiuntur, inquit idem Abb. & bene in loco præallega.

Quarto semper contumax, si defectum iurisdictionis opponat, quod transfert onus probandi in aduersarium, ex quo negando iurisdictionem negat contumaciam; & si non erat Iudex, non tenebatur coram eo comparere ut hic, Abb. pulchre in c. cum in iure peritus col. 3. de offi. del.

Quinto, quod qui tenetur comparere si citatus fuerit, nec comparuerit latitare uidebitur frustrande dilationis causa, ut hic à contrario, & ideo frustratio sua sibi prodesse non debet l. hominem. ff. manda.

Caius.

Lis nulla; Adeo uerum est quod hic dicitur, ut filiusfa. habens peculium castrense, si furtum fecerit possit agi utili actione aduersus eum, ex quo habet unde satisfaciat, inquit tex. in l. si quis uxori in prin ff. de fur.

Secundo dico, quod casus exceptuati, à regula firmãt eam in non exceptuatis l. quesitum §. deniq; ff. de fun. inst. instrumentoq; lega. nanque si in castrensibus, in dote, in alimentis, & aliis de

quibus hic & per Soci in regu. 244. fallit quòd hic rursum dicitur ut ibi lis inter patrem & filium communiter esse non poterit, nec contractus l.i.§.fi.ff.de cont.emp.§.item similis insti.de nutil.stip.l.2.C.de inutil.stip.

Et quo ad dotem dixi,(Tertio) quoniam Filia eam potere poterit à patre implorando offici um Iudicis,petita tamen uenia,ut pulchre declarando l.qui liberos .ff.de ritu nup.inquit Bal.no uel.in tracta. de dote in 6. par. prin.speciali. 15. col.i.

Quarto quòd nec filius posset agere contra patrem ex iure sibi cesso,l.si pater .§.i.ff de iure do.l.actiones.ff de actio.& ob.nisi cessio facta sit ex ea causa ex qua iudicium inter eos esse posset ut declarat Bar.in d.l.actiones. Rauena in not. suis col.14.

Quinto dixi,regulam fallere in dote, ex quo paternum officium est, dotare filiam l.fi.C.de dot.promi.& plus quòd idem facere cogitur, ut inquit Alex.in l.i.col.9.ff sol. mat.

Sexto si lis rursum inter patrem & filium esse non potest,quo iure aget filius, cui fideicōmissum relictum sit contra patrem? Vide no. distinctionem Bar.in l.cum filio nu.8.ff.de lega.i.

Septimo, licet hic sit defectus ratōne personæ quo uiciatur iudicium, quod tamen est alibi ratione Iusticie, si ex facto ex qu agitur, actio

orta non est .l.cedere diem .ff.de uer.si. et alibi ratione præposterationis l.i.C.de execu. rei iud. l.si cum nulla.ff. de re iud.multo plura Bal.consi.122.col.i.uol.3.

Octauo quòd in patre non impeditur reuocatio donationis, propter patriam potestatem, propter quam statuitur in filium.l. serui & filii .ff. de fur.nec inter eos lis esse potest ut hic.

Nono, quòd bonum est argumentum de filio ad seruum, ut in §. idem iuris.insti.de stip.seruo. usque adeo sicuti iudicium inter patrem & filiũ esse non potest, nisi in casibus de qnibus hic, & per Soci.in loco supraallega. ita non possit esse inter Dominum et seruum nisi in casibus enumeratis pariter in l.uis certis ex causis infra eo.

Decimo, quòd licet inter Dominum & seruũ pro rebus iudicium stare non possit, poterit tamen pro persona & libertate.l.fi.C.de ordi.co.d. l.uix certis.

Vndecimo, quòd cum hic sit unus de pluribus effectibus patriæ potestatis, de quibus insti. de pat.pot.ubi glo.& docto. nec curetur in spiritualibus de iure canonico lex ista, limitabitur d. casu, c.fi de Iud.in 6.glo. in c.si Ecclesia 23.q.4. quam extollit & dicit singularẽ Ro.in suis.615.

Duodecimo, quòd eo casu, quo potest esse lis inter patrem & filium, non actio, sed officium iudicis imploratur quòd est in æquitate funda-

tum

tum si id æquum sit pariter, l. cogi. §. si pater. ff. ad Treb. not. in l. si cui. ff. de cond. & de. & in l. frater à fratre. ff. de cond. ind. & in simili in l. i. C. qui admi. ad bo. po. pos. quòd tamen locum habet præter quam in casu. l. si quis uxori. ff. de fur. & nimirum quia ibi filius, furtum fecerat. & dictum fuit supra.

Decimo tertio, quod quãquàm donatio facta filio, à patre, sit nulla, quo ad effectum agendi cõtra eum, ualet tamen si iuramento fuerit ualla ta, ut not. in l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. & in c. cum contingat de iureiu. & in l. frater a fratre. ff. de cõd. ind. Bal. in l. 3. C. de usucap. pro do. est uerum quod multi, tenuerunt contrarium, ut uideri potest in locis præallega. Corn. latißime 238. col. 3. & 4. uol. i. Sed ego à prima opi. ut pote æquiore propter iuramentum, non discederem, quod semper seruandum est, ubi seruari potest sine interitu salutis æternæ. d. c. cum contingat. c. licet mulieres, eo. tit. in 6. c. quãuis de pac. eo. lib.

Decimo quarto, quod ante citationem in iudicijs, duo sunt notanda, unum generale, alterum uero speciale, generale, ut ex honestate & urbaniter admoneatur aduersarius, antequam trahatur ad iudicium, ut satisfaciat. l. quidam hyberus. ff. de serui. urba. prædio. speciale, ne libertus patronum in ius uocet absque uenia l. i. ff.

de in ius uo. uel filius emancipatus, patrem, uel matrem l. fi. C. eo. Vel in potestate, uenia adhuc petita, patrem conueniat actione de dolo, sed in factum. l. non debet. ff. de dolo. aliàs nullo modo nisi in castrensi peculio ut hic, & per Bart. in tracta. de ordi. iud. col. 2.

Decimo quinto, quod exempla non restringunt regulam. l. damni infecti stipulatio pertinet. ff. de dam. inf. §. hactenus insti. de gradib. un de esto quod in castren. peculio possit esse lis inter patrem & filium, ut hic dicitur, non est tamen, quod non poßit esse etiam alijs casibus, ut adhuc not. hic, & dictum fuit supra & est simile in l. traditionibus. C. de pac. & in l. i. & ibi Odof. not. ff. de publicia. ac.

Decimo sexto, quod si contingat, quod filius qui intentauit iudicium, ueniat in potestatem patris, expirat. l. si à me infra eo. not. in l. fi. in prin. C. de in ius uo. & est argumentum in l. existimo & in l. pluribus in §. & si placeat. ff. de uer. ob. ubi actus quando deuenit ad eum casum, à quo incipere non potest, uiciatur.

Vlpianus.

Si quis ex aliena; *Pluribus modis limitatur hac lex, de quibus hinc inde, & dicemus infra si se obtulerit Occasio,*

sed id unum præcæteris mihi singulare uidetur, non omittendum; quod dominus feudi, non potest cognoscere an sua sit Iurisdictio, cum negatur dominus, & ratio est (ut inquit Abb. in c. cæterum de iud.) quia non contenditur de nudo exercitio iurisdictionis, sed de proprietate, & bene & not. in l. de iure. ff. ad municipal. & in c. ad audientiã de appel. Inno. in c. uenerabili de censi. Corse. in sing. suis, ubi alia multa, iurisdictio.

Secundo, si dubitatur an citatus exemptus sit uel non, tenetur uenire, priuilegium suum allegaturus; si uero est certum quod sit exemptus, tunc uenire non tenetur, multa Bal. in statut. cõparere nu. i. Corn consi. 203. col. 2. uol. 2. & ratio differentiæ est, quia in dubio præsumitur pro Iudice, ut hic, sed quando est certum in contrarium, pro Iudice præsumi non potest, unde dicit Inno. ad idem quando est dubium an citatio ualeat, quod semper citatus tenetur cõparere propter auctoritatem citantis; sed non quando est certum citationem esse nullam, ex quo neque cõtumax reputari poterit, neque pro confesso haberi l. i. §. offilius. ff. ne quis eum qui. l. sed eximẽdi. §. fi. ff. eo. clem. pastoralis de re iud. Bald. in l. generaliter col. i. C. de ep. & cle. Io. Andr. in regu. scienti ad fi. de reg. iu. in mercu.

Tertio dicit Rota, si pars arrestetur, de mandato auditoris, ad respondendum certis interro-

gationibus non dispositiue datis, eaq; illicentiata deCuria recedat, quod poterit excommunicari, ex quo constabat de iurisdictione arrestantis Iudicis, tenebaturq; comparere saltem allegatura impertinentiam interrogationum; uel petitura se de arrestari, ut hic & in c. si Episcopus 3. q. 3. & in c. si duobus de ap. & in c. ueniens de accu. Vnde quia neutrum fecit, & Iudicem contempsit, meretur excommunicari, decisio. 31. sub titu. de lib. ob. In nouis, & est magna decisio.

Et alibi (quarto) decisio 355. sub titu. de sen. & re iud. adhuc in nouis, quod taxatio fructuum facta in contumaciam partis citate, non comparentis nec aliquid allegantis, ualet, & ut ibi fusius.

Quinto, quod non solum ordinarij cognoscunt in causa dubij an sua sit iurisdictio, ut hic, uerum etiam delegati. c. pastoralis & ibi Abb. col. 2. c. super litteris de rescrip. Feli. in c. cum ordinem col. 7. eo. tit. Deci. in l. i. nu. 69. ff. de offi. eius cui man. est iu. non tamen de appellatione ab ipso facta, ut sentit Bal. in Marga: sua Iudex. nu. 20.

Sexto quando esset dubium an calices, & alia ornamenta, que capere uult collector, seu distrahere, pro solutione decime, essent diuinis officijs deputata, ei resisti uiolenter non potest,

sed debent clerici uel rectores, si se grauatos pre tendunt, appellare, aliàs ratione dubii ualeret processus, ut hic & in l. 2. ff. si quis in ius uo: non ie. Paul. de Eleaza. & Card. in cle. si bene ficiorum de deci. Bellenzi. in tracta. de charitati. sub. q. 90. col. 2.

Septimo, quod quanquàm citatus ad iudiciū uenire non posit, nihilominus tenetur mittere procuratorem in casu c. Episcopus. 18. d. & est argumentum in l. Papinianus exuli. ff. de mino.

Octauo quanquam, Iudex cognoscat an sua sit iurisdictio necne, ut hic & ut supra dictum est, consequitur nihilominus in consequentiam sportulas, idemq; & in tutore, & in teste pariter, ut per Bart. in d. l. 2. col. 2. & 3. ff. si quis in ius uo. non ie.

Nono, doctrina Vlpiani hic usus est Labeo Antistius, qui per Viatorem trib. pleb. uocatus, ut mulieri responderet, dixit, neque se neque alium quenquam uocandi in causam Trib. ius habere, quandoquidem moribus maiorum (autor est Gelli. in noctib. attic. lib. 13. c. 12.) præhensionem haberent, non uocationem, & cū certum esset & notorium (ut diximus) uenire non tenebatur.

Decimo, citatus ultra duas dietas, contra formam iuris, de quo in c. statutum in §. cum

autem de rescrip. in 6. & in c. nonnulli in §. 1. eo. tit. in antiq. tenetur comparere, saltim priuilegium allegaturus, ut hic & ut declarat Host. in d. §. i. col. 2.

Vndecimo ratione dubij (ut dictum est) cognoscit Iudex an sua sit iurisdictio, & pronunciat partibus præsentibus, quæ si non appellãt, sibi imputetur, inquit nouissime Alex. in l. i. col. 4. C. de procu.

Duodecimo, dico, quod exceptiones iurisdictionem Iudicis tangentes, ante litem contestatam opponi debent, & quod ante omnia decernere debet an sua sit iurisdictio, quia hæc cognitio debet præcedere. d. iurisdictionis exercitium ut dicit spe. in §. dicto num. 55. de exceptio. & repli.

Decimo tertio, si duo ex tribus delegatis, citauerint partem, ignorantes num tertius se excusauerit quod tenebitur comparere ex quo dubium est, an citatio fuerit temeraria, de quo tamen Abb. in c. prudentiam col. 6. de offi. de.

Decimo quarto si quæstio sit de confinibus, & testes uarij, deq; hoc quæratur incidenter, Iudex tenebitur pronunciare, suam esse iurisdictionem, quia hoc est in ea speciale, ut hic, & per Bal. in c. super literis. nu. 45. de rescrip.

Decimo quinto, sciendum est, ubi non est uera iurisdictio, quod ibi cessat cohertio, etiam si du-

si dubitetur de ea. c. ex literis de offi. de. quod tamen uerum est, quo ad cohertionem extraneorum, non quo ad ipsos litigantes, quoniam iurisdictio est, ratione dubii ut hic; idem Bald. in d. c. ex literis, num. 2. post Inno. ibi. & est intellectus ad istum tex.

Decimosexto, si clericus ab officialibus temporalibus capiatur, eis poterit auferri, quia illicitum committunt & maxime, quando constat ipsum esse clericum. l. i. §. hæc uerba. ff. ne uis fi. ei. l. i. in fi. ff. ne quis eum qui. l. 2. ad fi. ff. si quis in ius uo. non ie. & hic, Gui. papa decisio. 73 ad fi. Nec citatus alias tenetur comparere priuilegium allegaturus nisi in citatione exprimatur etiam, quæ concludat laicum esse Iudicem clerici, puta quia conueniatur ratione feudi, ut per Feli. in c. ueniens ad fi. de accusa.

Decimoseptimo, quod si potest separari causa iurisdictionis à causa principali, Iudex cognoscere potest, an sua sit iurisdictio, aliàs non quia tunc esset Iudex in causa propria & male l. i. C. ne quis in sua causa. l. qui iurisdictioni. ff. de iu. o. iud. l. pe. ff. de arb. Bald. in c. i. in §. fi. col. 4. de probib. feu. alie. per Fed. in usib. Alex. consi. i. col. 3. uol. 5.

Decimo octauo, quod citatus à Iudice competenti, si quas habeat excusationes, eas comparendo allegare debet, alias eisdem renunciare

uideretur, ut hic, & in l. hi qui. C. de appella. & in c. cum persona de priuileg. in 6. Pau. Cas. consi. 56. col. 2. uol. 2.

Decimo nono, si clericus citatus à Iudice nõ suo comparuerit in habitu & tonsura, non dicetur declinare forum, sed quod forus eum declinet, & est declinatio passiua, ut pulchre declarat Bald. in l. filius. ff. de his qui sunt sui uel alie. iur. col. 2. Feli. in c. Ecclesia. S. Mariæ, col. 27. de constitutio.

Vigesimo, quod ille qui est futurus Iudex in causa principali, debet esse etiam, & potest, super eo, super quo dubitare contingit, an causa sit suæ Iurisdictionis, ut hic, & in simili in appellatione, si dubitetur an deuoluat nec ne, & an fuerit appellatum, quia Iudex ap. hoc ipsum cognoscere debebit. l. i. & ibi not. ff. quando ap. sit. Ferrarien. in l. si quis in conscribendo col. fi. C. de pac.

Vigesimo primo quod exceptio emergens, prius tractanda est, ut hic, & in l. i. C. de ord. iud. & in l. liberis in §. fi. ff. de lib. cau. Bart. in tracta. iurisd. col. 8. & dictum est sæpe.

Vigesimo secundo, quod quamuis citatus à Iudice incompetenti, teneatur (ut sæpe dictum est pariter) comparere, priuilegium suum allegaturus aliàs punitur, ut contumax, nouissime Corn. consi. 278. col. 3. uol. 4. in eo tamẽ, hoc

idem fallere, certum est, qui iurisdictionem habet iure singulari, ita glo. in c. i. ad fi. de inuesti. in mari. facta. in usib. quæ exemplificat in paribus curiæ, Alua. conciuis meus, in c. i. in prin. col. 5. de mili. ua. qui contu. est, eo. lib. & in d. c. i. in §. Illud tamen col. 2. & in c. 1. col. 2. an apud Iud. uel Curi. eo. lib. Cur. Iuni. in feud, par. 7. q. 7. ad fi.

Vigesimo tertio aliquis agit contra dominũ & dicit se ipsius Vasallum, petitq; se inuestiri de feudo, dominus negat, inquit Bald. & Alua. met post eum, in c. i. in §. præterea col. 5. de probib. feu. alie. per fed. in usib. quod ratione dubitationis, pares curie, debebunt cognoscere.

Vigesimo quarto quod non est maior contumacia quàm spernere Iudicem non comparendo ut inquit Bald. in l. i. col. i. C. quorum ap. non recip.

Vigesimo quinto quod Alienum, alieni iudicij hominem, dicebant Veteres. Nec ab re hic, Forte dixit etiam, Iurisconsultus, alienam iurisdictionem.

Vlpianus.

Cecus; *Si cecus, uellet exercere potestariã, sibi delatam, quam ante cecitatem,*

non habebat, non potest, alias sic, ut hic, & per Abb. consi. 47. col. i. uol. i. pro quo facit in argumentum etiam tex. in l. si is qui animo ff. de acqui. po. & in l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui uel alie. iu. & in l. qui furere. ff. de sta. ho.

Secundo dico, quod licet sententia in scriptis debeat redigi, poterit tamen si fuerit Iudex, cecus, per alium legi, ex quo retinet iurisdictionẽ, ut hic, & in d. l. qui furere, quo casu debet etiã intelligi de tali iurisdictione, quæ posit deduci ad actum, alias esset nulla, ita pulchre Bal. in l. statutis in fi. C. de sen. ex pe. re. ad quod facit etiam regu. qui per alium de reg. iu. in 6.

Tertio, quod Appius Claudius etiã cecus erat, Caudex appellatus, quia primus persuasit Romanis, nauem conscendere, & tabularum contextum ita appellabant ueteres, imò traiecto freto Messanam ipse peruenit, Hieronem Syracusanorum Regem, superauit, & Carthaginenses denique (autor est Polybius) perdidit, is ergo ad propositum est, qui Senatui suasit de Pyrrho non recipiendo in urbe etiam componendæ pacis causa, quique dicebat. Utinam ad cecitatem oculorum, surditas aurium quoque accederet, ne turpes consultationes uestras, audire compellerer. deq; his satis.

Quarto quod dici non potest aliquem ad ma

gistratum aspirasse, si antequam esset cecus ad eum fuisset designatus, ut inquit Abb.con. 47. col. i. uol. i.

Quinto quod cecus potest succedere baroni, habenti iurisdictionem, ut hic not. & bene, ex quo sufficit quanquam dignitas de nouo ei conferri non possit, quod eo tempore quo habebat spem succedendi esset habilis, ut inquit Abb. met in praallega.consi.col. 2.

Vlpianus.

Si quis posteaquam; *Quod per solam reconuentionem perpetuetur iurisdictio, nec possit forus postea declinari, & transferri iudicium ad alium locum, ut hic ita etiam dicit glo. in uer. citationes, in c. quoniam contra de proba.*

Secundo, dico, sicuti ex mutatione fori, post sententiam, uel post lit. cont. non mutatur prioris Iudicis iurisdictio, quod non mutabitur quoque si per citationem fuisset praeoccupata, ut hic & in c. proposuisti de fo. compe. Alex. in l. pe. in prin. ff. de iu.o.iud.

Tertio ubi sunt plures magistratus, quorum quilibet insolidum iurisdictionem habet, inter eos, locus erit preoccupationi, & ille solus cognoscet qui primo praeuenerit l. i ff. de offi. pro

con. introduceturq; præuentio inter eos, ut dictum eſt per citationis actum, & ut hic rurſum legitur, nouisſime Ro. conſi. 411. col. 2. Feli. in c. Eccleſia S. Mariæ col. 41. de conſti. Iacob. de Belui. conſi. 9. nu. 49. uol. i. conſi. criminal. Bar. in tracta. de iuriſd. col. 4. & 6. & in l. ſi pluribus. ff. de lega. i. Corn. conſi. 66. col. i. uol. i.

Quarto quòd Iudex laicus, non condemnat clericum, niſi in tribus caſibus, ſi fuerit degradatus l. i. & ibi Iacob. But. ſi ex noxa. cau. aga. Ratione fraudis aſſumpte religionis, uel ordinis clericalis, ut per Cy. in l. idem Vlpianus. ff. de excu. tuto. & ratione præuentæ iuriſdictionis ante clericatum, ut hic, & ideo poſtquam aliquis eſt captus & poſitus in carcere, ſi efficiatur clericus, nihil ei prodeſt, quia captura eſt pro citatione, & inducit præuentionem iuriſdictionis, ut not. Io. And. in c. i. de ob. ad ratioci. & Bar. in l. i. de pæn. & in tracta. de iuriſd. col. 3. & Bal. in l. officiales col. 2. C. de ep. & cle. & in l. non ſolũ in §. fi. ff. de excu. tut.

Quinto quòd iudicium incipit à citatione §. fi. inſti. de pæna. te. litigan. quodq; tunc dicitur lis pendere, ut ſignanter per iſtum tex. inquit glo. in rub. C. de in ius uo. & ibi etiam Soci. not. & alibi Bal. in auth. ſed nouo iure col. 4. C. de ſer. fugi. quòd cum peruſii ſint duo præ

sides si unus capit furem, alter procedere non poterit contra eum, ex quo per realem citationem præuentus est, idemq; Areti in tract. malefi. in uer. qui iudex commisit. Alex. in ap. ad Bar. in l. sepulchri. ff. de sepul. uiola. & Ange. hic, & Rosel consi. 90. nu. 10. in i. uol. cõsilio. criminali.

Sexto si Papa moriatur in mari, debet eligi alius, per ciuitates propinquiores, & ubi duæ sunt propinquæ, cognoscunt, est quæ locus præuentioni, ut hic & per Bar. in l. iuris peritus in §. cum omnibus. ff. de excu. tu. Por. insti. de rerum di. in fi. prin.

Septimo, si intra tempus redimendi rem uenditam, offeratur præcium, ab agnato redimit nec erit amplius licitum uenditori, id facere, ex quo ab ipso agnato præuentus est, l. ex hoc edicto §. si quis semel & ibi Alber. ff. de alie. iud. mut. cau. fac. Boer. consi. 42. nu. 12.

Est uerum (Octauo) quod ista præuentio, nihil prodest, si sit cum aliqua fraude, puta quòd delinquens procuret accusari in curia in qua minor pœna imponitur, ut per Bal. & Ange. in l. si seruus plurium, in prin. & per illum tex. ff. de lega. i. Feli. post eos in c. cum M. Ferrarien. col. 14. de consti.

Nono quòd istud de quo hic locum habet etiã in iudicio executiuo, quanquam sũmario, ut di-

cit Pau. Caſt. conſi. 169. ad fi. uol. 2.

Vlpianus.

Inſulæ; *Cum dicatur hic, quòd inſulæ ſunt Italiæ pars, & cuiuſque prouinciæ, includit etiam et dicere uidetur, quòd Italia quoq; ſit prouincia. l. i. §. i. ff. quòd. cuiuſque uniuerſi. no. ſortita nomina complura, à compluribus, ecce à Iano ianicula, quem quidam enotrium dictum exiſtimant, unde etiam enotria dicta eſt, Saturnia à Saturno, Saleonbrona à gentilibus, Cameſena à Cameſe, Apenina ab Apin, quam Taurinam, Anthiocus Syracuſanus interpretatur, Græci à bobus Herculis, uel quia Opimos gignit, ut ait Hellanicus, poſtremo, à duobus fratribus, altero Heſperia, altero Italia, & hoc retinuit, quòd in apeninos diuiditur montes, tria latera, ſuperi maris, inferi, et (ut diximus) alpium habens, bonaque omnia, uſq; adeo ut uniuerſis careat malis, nec ab re Poeta inquit.*

Terra antiqua potens eſt armis atque ubere Glebæ. Fuſius Cato in originib. C. Sempronius de ipſius Italiæ diuiſio. & Q. Fab. pictor, de ſæculo aureo.

Et ad propoſitum not. hic (atque ſecundo loco) quòd territorium ciuitati, naturali ratione,

accedere debet & bene, quoniam membra debēt regi à capite, de quo etiam in l. fi. C. de testa. & in l. qui ex uico. ff. ad municipa. & in §. si quis igitur, in auth. quib. mo. na. offi. sui. & quia illa perfecta dispositio est que ex omnibus suis partibus constat, & appenditiis. l. aqueductus. ff. de cont. emp. Bal. pulchre consi. 357. col. i. uol. 5.

Et si (ad Italiam redeuntes) scire cupias, quid sit, non aliud esse dicas (ut Mela inquit) quam locus aquis circundatus, in quam olim fontes solebant deportari, & hodie etiam ab illustrissimis D. nostris Venetis, seruatur, & à principibus insulas habentibus in proprio dominio, pro ut not. in l. illicitas in §. ueritas. ff. de offi. præsid.

Vlpianus.

Destitisse; *Statim quòd alicui notum est in iudicio, se non fouere iustam causā desistere debet, & excusabitur ab expensis & à calumnia ut hic; alias non, sed condemnabitur à die productionis instrumenti, siue testamēti, factis, usque ad complementum, & finem causę; quòd adhuc Bar. hic declarat, & in l. si quis inficiatus in fi. prin. ff. depo. Alex. consi. 90. ad fi. uol. 2.*

Secundo dico, quòd uerba ista à lite desistere uidentur posse uerificari etiam in sola renunciatione, & in transactione .l. postquam liti .C. de pac. l. fratris. l. causas uel lites .C. de transac. l. i. & 2. ff. de iure iu. & signanter per istum tex. ita etiam dicunt Ferrarien in l. cum mota col. 5. C. de transac.

Tertio, quòd reus renunciando liti, tacite fateri uidetur intentionem actoris; & ratione talis confessionis, potest condemnari, etiam si de ipsius actoris intentione, non appareat ut in loco infra allegando not. dictuque mirum est, quod idem tacita confessio, operetur, quòd expressa hoc casu, & quòd uulgatum illud dici possit, quod in confessum nulle sint iudicis partes nisi in condemnando .l. proinde .ff. ad legem aquilia. nos in quenquam 2. q i.

Et ad idem (ac Quarto) si de actoris actione appareat, isque liti renunciet, quòd uidebitur fecisse pactum reo, de non petendo, ipsi uero reo, taciti pacti parabitur exceptio, ut tradit Bar. in d. l. postquam liti.

Si uero (Quinto) de actione actoris nondũ fundata, liqueret, & (ut dictum est) liti renunciaret, tunc fateri uideretur, se litem Calumniosã & improbã instituisse ut hic, & cum sit quod nemo sine actione experiatur .l. si pupilli .§. uideamus .ff. de nego. gest. & fusius ut in

d. l. postquam liti legitur, & not.

Sexto, si Vasallus accusauerit dominũ, eũq; postea penituerit, tametsi iustam habuisset causam, accusandi quòd feudo non priuabitur, alias sic, nec pœnitentia sibi hoc casu prodesset, ut pulchre dicit Aluaro. in c. i. in §. sed & qui delator col. 3. quæ fue. pri. cau. benef. amittend. in usibus.

Septimo quòd abesse non præsumitur qui cito est reuersurus, uel qui redeundi animum retinuit l. ex facto, magna. ff. de here. insti. argumentum in l. 3. ff. de diuor. & hinc dici uulgo etiam solet non aufertur quòd differtur, ut hic, & in l. quamuis de arb. Saly. in l. liberi. C. de fideicom. sed interim non datur, respondet alter. & alibi glo. ad presens Oua, cras pullis sunt meliora in l. cum hi in prin. ff. de transac. alius uero, spem præcio non emo. quod etiam refert. Por. insti. de singul. reb. per fideicom. rel. in prin. col. i. Ancha. consi. 90.

Quanquam reus post lit. cont. (Octauo) possit soluere, & processum impedire. l. si reus paratus. ff. de procu. et ita actor renunciando iuri suo, ut hic, & quia æqualitas est in iudiciis seruanda l. fi. C. de fructib. & lit. expen. nihilominus si ipsius rei forte intersit, sententiam ferri, tunc renunciatio sibi parum prodesset, iuxta not. in l. utique. ff. de rei uendi. Soci. in d. l. po

siquam liti, ad fi. C. de pact.

Paulus.

Cum prætor; *Tametsi inclusio unius, sit alterius exclusio, ut uulgo dici solet, per istum tex. & per tex. in l. maritus C. de procu. & in c. nonne, de præsump. et q. possit determinari, si à colono dominus plantante uineas, partem fructuum, & uuarũ sit stipulatus eam habeat et consequatur aliarum autẽ arborum (si quas plantasset) non per d. hanc regu. Nihilominus contrarium uerius est, ex quo de uineis dictum est gratia frequentioris usus, non quòd fructus ex aliis arboribus quoq; non debeantur l. certo generi & ibi Bar. ff. de serui. rusti. prædio. glo. in simili in l i. C. de his qui ad ec. confu. & in l. i C. de nili ag. non rũp. & in l. i. C. de rap. uirgi. Pet. sanc. in singul. suis 97. ad fi. Corse. ante eum, in suis, frequentia. i. 10. And in addi. spe. in §. i. uer. quòd si colonus de loca. Ias. in l. i. col. 3. ff. de legi. & in l. moribus col. 4. ff de uul. & pup. sub. & in l. i. col. 10. ff. Sol. mat.*

Secundo dico per hanc regu. etiam quòd cum in c. raynucius, de testa. includatur filius, quod possit detrahere duas quartas, necessario excludetur pater, de quo tamen ibi Barba. fusius za-

netin. in disputa. suis col. 29.

Tertio, quòd cum omnia statuta de hæreditate decedentium ab intestato loquentia, quod extantibus masculis feminæ non succedant reser uare uideantur, uoluntariam dispositionem, patris uel matris, innuunt, si ista uel ille disposuerit, quod tunc fœminæ cum masculis admittantur, & in his terminis tradit Abb. consi. 13. col. i. uol. i.

Quarto, quod si in contractu societatis exprimantur, seu includantur certe personæ, alie excludi uidentur, prout declarat Soci. consi. 5. col. 3. uol. 4.

Quinto, quod ius prothomiseos locum habet in emptione & uenditione, locatione, & emphiteosi, ergo non in alijs, ut per Bal. in tract. iu. prothom. col. i.

Sexto, si statuta faciant mentionem de dote, neque aliud dicant, quod mulierem excludere censentur ab omni alio commodo puta legitimæ, & nimirum quia dicimus hinc, quod succedit illius loco. l. 3. §. sed utrum ff. de mino. Harcul. in disputatio. suis 2. col. 9.

Septimo, quod cum principi sit concessum, ut nominato ab una parte tantum, committatur causa, ex quo id facit parcens uerecundiæ eiusdem nominati, alijs denegatum uidebitur, ut sen sit Albe. in l. obseruandum infra eo. & male,

eumq; reprehendit ibi. Cur. seni. ex quo eadem ratione, permitti debet etiam inferioribus, & sic cum par ratio est permissi & prohibiti, (ut hic per glo.) regu. locum non habet: nihilominus tex. hic dicit; quanquàm hoc idem iniqui exempli sit, & ita rescripserit Diuus Adrianus, quod tamen uerum est, nisi hoc specialiter principi permittatur, ergo non alijs (ut dicebatur) & bene, exceptioq; in casu & respectu principis, in alijs firmat regu.i non exceptuatis.l. quæ situm. §. deniq;. ff. de fun. instruc. instrumentoq; lega.

Octauo, quod si pater relinquat rem filio, titulo legati, ex expressione ipsius, tacite uidetur eum exheredare, eiq; hereditatem adimere, uel & melius dicamus quod sit tunc præteritus, & ipso iure testamentum sit nullum, ut not. in l. filio præterito. C. de bo. po. con. tab. Crot. nonnihil in l. Gallus in §. & quid si tantum. col. 33. ff. de lib. & posthu.

Nono, quod si in promissione apponatur conditio & dies, omnes aliæ conditiones excludi uidentur, ut per Deci. consi. 5. col. 2. uol. i.

Et si (Decimo) in instrumento conuentionis dictum sit, quod mulier secuta euictione, possit uti de iuribus suis, necessario sequetur quod iuribus primeuis uti non possit, ut idem Deci. consuluit, in pulchro casu, consi. 12. col. 3. eo. lib.

Est uerum (Vndecimo) quod in connexis ex presſio unius , inducit expreſſionem alterius.c. translato & ibi Butr. de conſti. & eſt argumentum ultra eum, in l.quæ religioſis. ff.de rei uendi. Corſe. in ſing. ſuis argumentum.7.

Vndecimo dicit Bar. ad regu. in l. filia in §. ſeio. ff. de adi. lega. quod quæ teſtator legata expreſſe reuocauit , efficiunt , ut non alia eius mẽs fuiſſe uideatur , niſi reuocare noluiſſe ea,quæ expreſſe non reuocauit . fuſius pet. ſanc. in ſingul. ſuis. 5. col i.

Videretur etiam (Duodecimo) dicendum , ꝑ reg. ſi ſtatutum permittat uxori uiro uergente ad inopiam , agere in bonis mariti , quod agere non poſſit , quoad alia bona , marito obligata , tamen optimis rationibus , determinat contrarium, Imo. conſi. 100. ad fi. dic ut per eum.

Decimo tertio , quod neceſſitas impoſita heredi , non uidetur impoſita olim defuncto, ut dicit Deci.conſi.3 5.col.8 uol.i.

Et ſi (Decimo quarto) ſpecialiter facultas conceſſa ſit , faciendi puteum alicui, in certi adi tus angulo hoc idem arguit, quod is , non haberet proprietatem illius , ut idem Deci. arguit cõſi. 41. col. 2. eo. lib.

Decimo quinto , compromiſſum factum eſt his diebus , ſuper quibuſdam , excepta quadam partita , dicebam quod expreſſe conſenſiſſe

uidebantur super illa non fieri. l. si cum dotem in prin. & ibi Bar. ff. sol. mat. l. inter socerum §. cum inter. ff. de pac. dotal. Soci. consi. 117. ad fi. uol. i.

Decimo sexto, stante regu: adhuc si dictum fuisset. promittis mihi centum, sub pœna mille, tu uero simpliciter respondeas, promitto, non deberet intelligi facta promißio pœne, & tamen contrarium uerius est, forte, quia aliàs responsio non fuisset interrogationi congrua & male. l. i. ff. de uer. ob. l. si defensor §. qui interrogatus ff. de int. ac. ego fusius in c. i. in ulti. not. de pac.

Decimo septimo, quod concessum in quibusdam, uidetur esse in cæteris prohibitum, ut hic & in l. cui pacto. ff. de ser. expor. & in l. relegatorum in §. constitutum. ff. de interd. & rel. & in l. cuicunq; in §. non tamen. ff. de instito. & in l. si pupillorum in §. si prætor. ff. de reb. eo. & in l. fi. C. de pred. cu. lib. 10. & econtra, inquit glo. in c. qualis. 25. d. & Ro. consi. 237. col. i. & Spe. in §. nunc de episcoporum dispensatione, nu. 31. de dispensa. Bald. in consi. schismat. quod positum est sub ti. C. si quis aliq. testa. probib. col. 8. quodq; diuinum alibi appellat Ias. in l. si ob turpem causam in prin. ff. de condi. obtur. cau.

Alibi (Decimo octauo) etiam, archiepiscopo permittitur, ut per prouinciam suam posit indul-

indulgentias concedere, ergo extra uidetur denegare, in c. nostro, de peni. & re. Old. consi. 74.col.3.

Decimo nono, si conditio adijciatur in institutione, onusq; nominatim iniunctum sit personæ, uel gradui, personam uel gradum, non egreditur, de quo etiam per Bar. in l. sub conditione, ff. de here. insti. & in l. quæ conditio ff.de cond. & de. Nicel. in concordantib.eiusdem Bart.12.

Vigesimo, si testator diceret quod heres suus possit testari, & relinquere bona sua, solummodo suis coniunctis, prohibere uidetur, ne id facere alijs possit, & ponderat ad idem dictionem illam, solummodo Ancha.consi.95.col.2.

Vigesimo primo hinc, uidemus quoque, quod prohibita ad certum tempus, puta habitatio seorsum tutori, durante tutela ultra dictum tempus, permissa censebitur, ut idem Ancha. ait consi.118.col.2.& consi.190. col.i. Deci.consi. 61.ad fi.uol.i. Cap.consi.132.nu.4.

Vigesimo secundo, si statutum uelit adhuc, quod post fratrum filios ulteriores succedant in capita, tacite uelle uidetur, quod filij fratrum succedant in stirpes, ut arguit Bald. in c.i. col. i.de successio. frat. in usib.

Vigesimo tertio si causa committatur soli episcopo, sine dubio capitulum excludetur, tametsi ambo unum corpus, faciant. c. nouit de his

quæ si. à præla. si. con. cap. de quo tamen multa Deci. in l. i. nu. 5. C. de bo. po. con. tab.

Vigesimo quarto si actor literas impetrauerit, super pluribus actionibus personalibus, non ualebunt, ergo si super realibus secus, inquit glo. personales in c. dispendia de rescrip. in 6.

Vigesimo quinto, quòd priuilegium concessũ regularibus, qui uiuunt in communi possint (si excommunicationẽ incurrerint) ab solui à suis prælatis, cæteris denegatum uidetur c. quoniã & ibi glo. similiter in uerbo, qui simul, de uita & ho. cleri.

Vigesimo sexto, quod si speciali casu, Matrimonij scilicet, computatio graduum à statuto inducta sit, in aliis standum erit iuri generali & regulæ, quod fiat secundum ius ciuile, inquit Ancha. in c. canonum statuta in rep. col 4. de constitutio. Bal. ante eum in l. si auie col. 3. C. de suc. edic. & in statu. gradus nu. i.

Vigesimo septimo, cum dicat Philosophus corpora inferiora à superioribus gubernari, his uerbis, oportet hunc mundum inferiorem, ita superioribus lationibus, esse contiguum, ut inde omnis uirtus, gubernetur, inferri potest, quòd astra non influant in animam, cum de corporibus solum dicat, et est illatio, quam facit per istam regu. Maluet. Bononien. & bene, in tracta. de sorte col. 5.

Q

Vigesimo Octauo, quod qui potest licite offendi, non potest licite se defendere l. si seruus C. de his qui ad ec. confu. dixi ego late in l. ut uim ff. de iusti. & Iu.

Vigesimo nono, quod argumentum à contrario sumitur quandoque ex natura uocabuli, quia si dico diem esse, nego esse noctem, argumentũ in l. hæc uerba ff. de uerb. si. quandoque ex præsumpta mente contrahentium l. inter socerum §. cum inter ff. de pac. dotal. ubi si socer stipuletur dotem sibi reddi filia moriente sine liberis à contrario stipulatus uidetur, si cum liberis moriatur, genero relinqui et liberis. interdum uero, ex natura rei, ut hic, et in d. l. maritus C. de procu. & in d. c. non ne de præsump. Verum scias sumi non posse quando ratio cõstitutionis ex qua sumitur, repugnaret decisioni, quæ insurgeret ex ipso argumento, ut per not. hic dicit Ro. consi. 399. col. 2.

Trigesimo, quod duobus suppositis à Papa absolutione (puta) excomunicationis, et inter dicti, uno sibi reseruato, alterum concessisse uidebitur, ita Io. And. in c. si ciuitas, col. 3. de sen. exco.

Trigesimo primo, eo ipso quod negligit quis id ad quod tenetur, tacite permittere uidetur, ut inquit Abb. in c. cum Ecclesia sutrina col. pe. de cau. po. et prop.

Et in c. cum super (Trigesimo secundo) col. 3. eo. ti. quod si cui cause cognitio commissa sit, decisio eidem uidebitur prohibita, diximus nos, in l. i. ff. de offi. eius cui man. est Iu. plene in simili Bal. consi. 486. col. 2. uol. 2.

Trigesimo tertio, consulit Ancha. quod imp. in terris ecclesie legitimare non poßit, ex quo territoria sunt distincta, et cum Papa summi principis potestatem exerceat in legitimando, distinctumque in temporalibus sit (ut dixi) suum territorium, ab illo Imp. utique Imp. de iure id facere non poterit, consi. 310. col. 2.

Et dicit ad regu. rursus (ac Trigesimo quarto) quod si statutum prohibeat confesßionem solutionis probari per testes, non uidetur prohibere probationem confeßionis debiti, consi. 350. in prin.

Et Ro. (Trigesimo quinto) quod si lex excludat certum pæne genus uidetur uelle, quod alia sine dubio poßit imponi, consi. 214. col. 2.

Trigesimo sexto, Butigel. in l. i. in §. si quis ita col. 1. ff. de uer. ob. quod si promissor stipulanti, responderit, in pamphilo dissentio, uidebitur in Stichum consensisse.

Et Bal. (Trigesimo septimo) quod regula limitata ad certos casus, in aliis totum oppositũ, disponere intelligitur, in l. fi. col. 3. C. de eden. et in simili Deci. in regu. i. de regu. iu. col. 2.

quod si aliqui casus excipiantur à regula alij sub ea remanent.

Trigesimo octauo, si statutum dat beneficiũ patri, quod illud filiis concedere non uidetur, de quo tamen in pulcherrima q. Nel.in tracta. bannito. in tertia par. tertij tempo.12.col.2.

Trigesimo nono, quòd uni destinatum est, alteri ademptum uidetur, l. quod in rerum §. si quis post .ff. de lega. 1. in not. q. Bal. duorum doctorum, in l. post aditam ad fi. C. de imp. & al. sub.

Qui dicit etiam (& Quadragesimo) in l. non solum in §. 1. in prin. ff. de procu. cum speciale sit in coniunctis personis, ubi deficit mandatum, quod legitiment personam per cautionem rati l. 3. §. sed si forte .ff. iud. sol. quod in aliis erit secus.

Quadragesimo primo, quod id quod uni generi personarum permittitur aliis prohibetur, & ideo forensibus noui operis nunciatio prohibita, est tantum ciuibus permissa, l. in prouinciali §. si in publico & ibi Ro. ff. de no. o. nuncia. in simili glo. in l. mutus in §. i. ff. de procu. de edicto testium & procuratorum.

Quadragesimo secundo, procedit regula, si tamen non sit eadem ratio in omisso quæ est in expresso, ut hic per glo. & obiter dictum est supra unum uerbum, nouißime tradit Bal in l. i.

C. de diuer. rescrip. in simili Cald. consi. 22 de rescrip. l. 1. & ibi Bar. in prin. C. de sacro sanc. ec.

Quadragesimo tertio præter alia, adhuc cõcordat ad regulam optimus tex. in l. cum ita legatum ff. de. condi. & de. ibi. quæ enim ticio nubere iubetur, ceteris omnibus nubere prohibetur, & in l. cum lex ff. de legi. ubi cum lex. in in præteritum quid indulget, id in futurum uetare uidetur. & in l. qui familiæ ff. famil. her. ubi uerba enunciatiua ante litem contestatam reuocãtur, ergo non dispositiua. & in l. ex sextante in §. Latinus ff. de excep. rei iud. & in l. Pomponius in §. sed & is ff. de procu. & in l. si Iudex laicus de sen. exco. in 6. inducendo pulchre ut facit Gui. Papa decisio. 138. col. 5. Bellamera aliqua decisio. 751. col. 1. Alex. consi. 75. col. 3. uol. 5.

Dicit etiam Cal. (Quadragesimo quarto) quod expressio unius speciei aliam non includit, etiam eiusdem generis sed excludit, consi. 10. de iud. l. solemus §. latrunculator infra eo. & consi. 11. de sen. exco.

Quadragesimo quinto, quòd cum in oratione aliquid adijcitur, id quod erat prius tollitur uerbi gratia possedi hominem per Deum, dixit Eua, postea adijcit Abel, ergo Cain excludit, & aufert. Gen. 4. sicq; in arithmetica, eiusdemque proportionibus addito numero, fit alius

abo-

aboleturq; superior.

Est uerum (Quadragesimo sexto) si fiat mentio unius casus exemplificatiue, quod alius tunc non excluderetur, ex quo alia est regu. quod exempla, eam non restringunt .l. damni infecti stipulatio pertinet ff. de dam. inf. .§. ha ctenus insti. de gradi.

Quadragesimo septimo, quod auctoritas spe cialiter alicui concessa, alijs uidetur denegata l. normam .C. de offi. praef. praeto. l. i. in prin. ff. de offi. eius cui man. est. Io. Bal. in statut. au ctoritas .nu. 2. Bar. in l. et si pluribus ff. de aucto. tu.

Quadragesimo octauo, qui in causa dat ali quos suspectos, omnes alios tacite dare uidetur confidatos, & e contra, inquit idem Bal. in l: cum ita legatum allega. etiam supra ad fi. ff. de condi. & de.

Quadragesimo nono, coniunctus pro coniun cto ad agendũ admittitur, sine mandato, praeter quam tamen in casu quando procuratorem re liquisset, quia tunc uidetur coniuncto prohi buisse, ita Alex. in l. exigendi col. 2. C. de procu.

Quinquagesimo facit etiam uulgatum illud & in oppositis quidem ut hic, quod corruptio unius, est generatio alterius l. si titio & meuio & ibi Flo. ad fi. ff. ad legem aquil. Bal. in l. prae cibus col. 3. C. de imp. Et hac ratione Io. 11.

dicitur, nisi granum frumenti mortuum fuerit, solum manet, sin autem multũ fructum affert, quia (ut dixi) corruptio unius est generatio alterius, & desinentia unius origo alterius, inquit idem Bald. in l. 2. C. ut in po. lega. & est tex. in l. si cum in annos. ff. quib. mo. usuf. amit. Et ideo testator ita dicere poterit, quotiens præscriptum fuerit, totiens, deberi iterũ uolo, ut idem Bal. exemplificat in d. l. 2. col. 2. & Feli. in rub. de præscrip. col. pe.

Qui Feli. dicit etiam (Quinquagesimo primo) in c. accedentes, col. pe. eo. ti. post eundem Bal. in c. secundo requiris ad fi. de ap. quod exemptio unius, grauat alios, quando est onus uniuersitatis. & in simili idem Bald. in statut. quod detractio quorundam cæteros confirmat, in uer. confirmare nu. 3. in simili Bald. in l. 2. C. de sacrosanc. ec. Fel. in d. c. nonne de præsump. colum. 1.

Et Corn. in pulchro casu (Quinquagesimo secundo) quod si gratiosa remißio districtualibus fiat, cæteris denegata uidebitur, consi. 39. col. 2. uol 1.

Quinquagesimo tertio, si in præscriptione statutaria, aliqui casus excipiantur, necessario alij includentur inquit idem Corn. consi. 38. col. pe. eo. lib.

Et alibi (Quinquagesimo quarto) qui ne-

gat tempus futurum, quod anterius confiteri uidetur, consi. 40. col. 2. eo. lib.

Et consi. 47. nu. 10. eo. lib. (Quinquagesimo quinto) quod ubi duo præmittuntur, deq; uno asseritur, de alio negatum uidetur.

Et alibi (Quinquagesimo sexto) si statutum permittat reo, ut præscriptionem statutariam posit opponere, quod denegare uidetur ei, exceptionem iuris communis, consi. 117. col. fi. eo. lib.

Et consi. 239. col. 4. eo. lib. (Quinquagesimo septimo) si alicui unum seruitium tantum, imponatur, alia non imposita censebuntur, in casu de quo ibi.

Et (Quinquagesimo octauo) consi. 5. col. 2. uol. 2. si plura in supplicatione petantur, & unum tantum concedatur, quod cætera denegata uidebuntur pariter.

Et Ange. (Quinquagesimo nono) si certa causa sit delegata, siue certum causarum genus, quod tunc censebitur derogatum iurisdictioni Iudicis ordinarij, in l. consulta diualia. C. de testa. & est tex. in c. studuisti de offi. del. Corn. consi. 30. col. 2. uol. 2.

Et communiter (Sexagesimo) dicimus, si emphiteosis alicui concessa sit & filijs suis usque in tertiam generationem, concessa non censebitur post, de quo alias in l. quod dicitur. 2. ff. de

uer. ob. idem Corn. consi. 76. col. 2. eo. lib.

Dicit etiam Hiero. (Sexagesimo primo) in epislo. quod qui arguitur in pluribus, & in dilutione criminum aliqua prætermittit, quicquid tacuerit confiteri uidetur.

Et Lactantius (Sexagesimo secundo) quod quicquid uni dabimus, cæteris auferemus.

Dicit etiam Cur. Iuni. (Sexagesimo tertio) in feud. par. 4. regu. 2. q. 5. si sit concessum Vasallo ut possit alienare feudum, uni tantũ, quod alijs distrahi non poterit. Et si prohibita econtra sit, paterni, nouum absque dubio poterit alienari, inquit ibidem q. 8. sed ante eum (licet nõ dicat) utranque decisionem ponit, Alua. in c. i. in princ. col. 3. de alie. feu. pat. & in c. i. in princ. col. 4. de probi. feu. alie. per fed. in usib.

Et Corne. (Sexagesimo quarto) quod in ea parte laudi in qua quis non reclamat acquiescere uidetur, consi. 231. nu. 27. uol. 2.

Sexagesimo quinto, si Papa dispensasset quẽ ad successionem bonorum Genitricis, admitti, quod uideretur negasse eum admitti ad successionem bonorum genitoris, inquit idem Corn. consi. 200. col. 2. uol. 4.

Sexagesimo sexto statutum in aliquo capitulo fratres utrinque coniunctos & consanguineos nominat in sequenti uero fratres utrinque coniunctos admittit, ergo consanguineos exclude-

re uidebitur, inquit idem Corn., consi. 314. col. 2. eo. lib.

Sexagesimo septimo, si in instrumento locationis inq; aliquo capitulo eximantur Mediarii à gabella Buccarum dico quod in cæteris non erũt exempti ut pulchre concludit Pau. Castr. consi. 455. ad fi. uol. 1.

Qui Sexagesimo octauo dicit etiam, consi. 472. in prin. eo. lib. quod si statutum permittat aliquo casu quem posse capi, puta si fuerit suspectus, alio prohibere uidetur.

Sexagesimo nono, dico, quod argumentum etiam à contrario sensu, præter dicta supra sumitur ex eo, quod inclusio unius, sit exclusio alterius, ut hic, & in iuribus ad idem præallega. & nouissime not. in l. i. ff. de offi. eius cui man. est iu. & ibi Ferrarien. in specie, col. 4. qui postea regu. multis modis limitant ibidem col. 17. fusius Feli. in d. c. nonne, de præsump. nonnihil nos in discursu supra. Grat. Bononien. consi. 53. nu. 21. uol. 2.

Septuagesimo, quod cum dicatur in auth. sed hodie. C. ad legem Iul. de adult. adulteram uerberatam, in arctum monasterium detrudi debere, ita tamen, ut marito liceat eam recipere intra bien nium, non sibi sit permissum istud facere, ante uerberationem, quod etiam per regu. istam probat Boeri. decisio. 298. nu. 4. par. 2.

Septuagesimo primo, inquit Alua. quod iurisdictiones Marchionatus, ducatus, uel comitatus, excipiuntur, ne possint diuidi, quodq; hac de re, omnia alia includi uidentur, in c. i. in §. praeterea col. 4. de probib. feu. al. per Fed.

Et Deci. Septuagesimo secundo, quod si in prima donatione facta ab aliquo essent plures conditiones, & in secunda aliquae repetite, alie uiderentur omisse, consi. 190. col. 2. uol. i.

Septuagesimo tertio, facit ad regu. uentilata. q. & decisa, in l. cum auus & ibi Bar. & Soci. plenius, col. 39. ff. de condi. & de. Si filium grauauerit pater, de restituenda hereditate, si sine filiis masculis decessisset, quod femine non excludant substitutum. In simili Gui. papa decisio. 184. col. 2. Alexan. consi. 48. col. 7. uol. 4.

Et dicit Pau. Cast. (Septuagesimo quarto) in l. cum acutissimi C. de fideicom. & Soci. in d. l. cum auus, col. 57. si testator plures nepotes, uocauerit, quod caeteros exclusisse uidebitur.

Septuagesimo quinto in §. i. ibi. caeteriq́, romae magistratus, docto. multa scribunt, in l. i ff. de offi. eius cui man. est iu. adde tu interim tex. similem in l. ex omnibus. ff. de offi. praesid. & in l. semper in stipulationibus ff. de reg iur. & in l. eandem, in prin. ff. de duo. re. & in l. fi. in §. cui dulcia. ff. de ui. tri. oleoq́; lega. Fulgo. consi. 118 col. 2. & dic quod is cui mandata est iurisd. indi-

cem dare potest, ut aperte innuere uidetur, tex. iste. Et omnes indistincte iurisdictionem habentes, hoc idem facere possunt, & de his aliàs, ut ego quoque dixi late, in loco præalleg.

Septuagesimo sexto, ibi, propter uim Imperii, adde simile, in l. i. ubi glo. propter uim magistratus dicit. ff. eo. de offi. eius cui man. est iu.

Septuagesimo septimo, dicunt etiam Ferrarien. in d. l. i. col. 7. & 24. & 26. quod ius dandi iudicem, competit illi, cui a lege seu a iure, id concessum est. & quod legati proconsulum, qui hoc facere possunt non ex mandata iurisd. hoc faciunt, sed quia id sibi conceditur a lege, & male ac contra tex. istum, ibi. Is quoque cui mandata est iurisdictio, Iudicem dare potest, ut sunt legati proconsulum, quod denotat coniunctio illa ut, quæ ẽ consecutiua inquit alibi glo. in c. si autem. 2. quest. 6. Et quia mandata sibi est a lege.

Septuagesimo octauo, quod delegare non est simplicis iurisdictionis, ut tenuerunt aliqui in l. Imperium. ff. de iu. o. iud. & bene (dictumq; est supra) & aduertunt Ferrarien. per istum text. signanter, in d. l. Imperium column. 4.

Ex quibus redarguuntur quoq;, qui tenebãt

quod hoc idem eſſet ex moribus; & conſuetudine introductum, ut not. in l. more maiorum. ff. de iuriſd. o. iud. & male, ut hic. Niſi reſpondeamus quod à lege introductum dicetur, quanquam idem faciat conſuetudo, l. de quibus. ff. de legi. §. ex non ſcripto inſti. de iure natu. & not. in d. l. more maiorum. & uidetur caſus hic inq; illis uerbis, quibus id more conceſſum eſt, imò quod etiam conſuetudo dat iuriſdictionem mulieri & cuicunque priuato, ut hic rurſum not. Ange. Barba. Feli. & alii in c. ex parte decani, de reſcrip. in prin. idem Feli. in c. ſuper qonum col. fi. de offi. de. & in c. cum contingat col. 2. de foro comp. quod dictum tamen de muliere, confundi uidetur per tex. hic in §. fi. ibi moribus ut feminæ Deci. nonnihil conſi. 32. in prin.

Septuageſimo nono, quod delegatus proconſulis ſubdelegare poterit & delegatus legati, ut per Bal. in l. à iudice C. de iudi. idem Feli. in c. ſi pro debilitate col. i. de offi. de.

Octuageſimo, quod quando extrema pendent à medio, ipſius medii inhabilitas ea impedit, ſi uero ab alio, tunc ſecus; ut ſubſtitutio procuratoris, qua ſubſtitutus nihil facit propria uirtute, ſed domini l. pater ex prouincia. ff. de manu. uin. niſi lex ultra procedat prohibendo, ut hic in §. fi. & ut etiam pulchre declarat Bal. in c. i. ad fi. de procu.

Octuagesimo primo, quòd mulier non potest esse testis in testamentis, l. qui testamento §. mulier .ff. de testa. non quod natura hoc idem inductum sit sed moribus ut hic, & per Bal. in l. i. in rep. col. 12. C. de sacro sanc. ec. Alex. consi. 103. col. 4. uol. 4. & ibi quid in pia causa.

Caius.

In tribus; *Reus non potest mouere litem, coram alio tribunali, contrariam illi quæ est deducta in primo iudicio, ex quo nec potest mouere litem, quam mouerat actor contra eum, alias moueret contra se ipsum & male, imò quod impossibile est, cum differre debeat reus ab actore ut hic & in c. forus de uer. si. & ita intelligi debent quæ dicuntur in l. ubi captum infra eo. Corn. pulchre consi. 30. col. 2. uol. 2.*

Secundo dico quod licet in iudicio finium regundorum, poßit utraque pars esse actrix & rea, tamen illa censetur esse actrix, quæ partē sibi aduersam in iudicium traxit, ut hic & in c. ex literis, & ibi not. de proba. Bertran. consi. 260. nu. i. uol. 2.

Tertio tamet si hic, in tribus iudiciis, familie herciscunde, communi diuidundo, & finium regundorum uterq; poßit esse actor & reus, ut

dictum est etiam proxime, dicendum nihilominus est quod idem esse posit quoq; in iudicio possessionis retinende, ut sentit Ange. hic, & idem Bertran. magnus praticus consi. 277. col. i. eo. lib. et est argumentum in .§. hactenus (ultra eos) insti. de gradi. & in l. damni infecti stipulatio pertinet .ff. de dam. inf. ubi exempla non restringunt regulam quanquam declarent .

Quarto, quod iudicium familiæ hercíscunde est mixtum deque actionibus realibus & personalibus participans, & quia (ut diximus) ex natura non discernitur quis sit actor uel reus .§. quedam & ibi not. insti. de actio. & hic, tradit idem Bertran. adhuc consi. 332. col. i. uol. 3:

Quinto, cum in hisce iudiciis, quilibet dicatur actor & reus, ut supra quod quilibet etiã poterit tanquam reus, editionẽ petere .l. instrumenta & ibi Bal. C. de fideicom. Soci. in l. fi: col. 2. C. de eden.

Sexto, ut adhuc fuit dictum, licet quis dicatur non solum excipere uerum etiam agere; in hisce iudiciis, & ille, pro actore habeatur, qui prouocat, quod fauorabilior hac de re dicetur causa prouocati, quam prouocantis ut hic, & ut idem Soci. declarat in d. l. fi. col. præallega.

Septimo. quod duo hæc iudicia, famil. hercíscunde & communi diui. sunt diuisoria, finiũ

regun-

regundorum uero, quasi, ex quo plerunq; magis dirigit fines iam impositos, quam de nouo diuidat, ut hic, & in l. in hoc iudicio, & in l. meuius in §. arbiter. ff. fam. her. & in §. fi. insti. de offi. iud. Bal. in l. si constat, col. 2. C. de compen.

Octauo quod impossibile est de iure, quod eadem persona sit accusans, & accusata, ut hic rursum habetur, & in l. licet in §. si plures. ff. de procu. Ancha. in c. Canonum statuta in rep. col. 148. de constitutio. & obiter unum uerbum diximus supra.

Nono in casu dubij, ubi quis potest esse actor & reus ut hic, inquit Bar. illum pro reo haberi, in l. si quis ad fi. C. de testi. ut benignior fiat interpretatio. l. in ambiguis. ff. de reg. iu. l. benignius. ff. de legi. Ro. in l. si finita in §. eleganter col. 2. ff. de dam. inf.

Vlpianus.

Sed cum ambo; *Si libertas omnibus seruis relicta est, uno excepto, qui ad legitimam non sufficiat, (libertates enim eã non minuunt, sed minuuntur, ut in l. papinianus in §. qnarta. ff. de inoffi. testa.) nec appareat, qui primo nominatus sit, nec aliter de uoluntate testatoris, omniaq; sint paria, ille erit*

primo liber, in quem ceciderit Sors(Sorte enim hoc idem pariter dirimetur, ut hic, & in l. ſi quæ ſunt cautiones. ff. fam. her. & in l. generaliter in .§. quis ergo. ff. de fideicom. lib. not. in l. i. ff. ſi cer. pet.) de quo tamen multa ubi etiam dixi ego, poſt Albe. in d. §. quarta.

Secundo, quod ubi quæſtio eſt facti, res non dirimitur Sorte, imò quod actus eſt nullus. l. duo ſunt titij. ff. de de teſta. tu. & qui factum dicit, illud probare debet. l. ei qui ff. de proba. Vnde uulgatum illud, quoque prodijt, facta nõ præſumuntur, niſi probentur. l. in bello. §. facte. ff. de capti. & poſtli. re. l. quæcunque. ff. de publicia. ſi autem factum ſit certum, ius uero dubium, tunc bene id Sorte dirimetur ut hic & in c. fi. de ſortile. Feli. in c. capitulum. S. Crucis col. 19 de reſcrip.

Tertio poſtquàm de Sorte loquitur tex. iſte dic, quod uſi etiam ſunt ea Veteres, in hæreditatem diuidenda. l. 2. C. quando & quib. 4. pars deb. lib. 10. Bar. in l. i. C. de his qui ſe def. & in d. l. 2. Bald. in l. pe. C. communi diui. Iaſ. in d. l. i. ff. ſi cer. pe. Bertran. conſi. 4. num. 15. & 16. uol. i. & non modo latini, uerum etiam græci, apud quos hæredes, à ſortibus κληρονόμοι dicti uocatiq; fuerunt.

Quarto quod legibus Moyſi datis, à Deo optimo maximo, unum hoc, præ cæteris, præ-

cipiebatur, omnia Sorte distribuerentur, unde olim quoque, adhuc præcepto domini, à Iosue, Sorte, terra Canaam, inter tribus Israel diuisa est. Sors cecidit super Mathian, ut in Euangel. dicitur. Et diuise hereditatis portionem. Iudæi Hablim hoc est Sortes, appellant.

Quinto dicit etiam Bal. ad proposi tum quod ubi humanum consilium non sufficit, altercationem sors ipsa, derimere debet in c. cum omues. nu. 34. de constitutio. & probatur in l. fi. C. communia de lega.

Sexto, quod etiam in interdicto uti possidetis ubi est omnimoda paritas, in probatione, quæstio dirimitur Sorte, & tradit Bald. in d. c. licet causam de probatio. & Feli. in præalleg. c. capitulum S. Crucis, de constitutio. quotidianumq; est, & memorie commendandum.

Et breuiter (ac Septimo) Iudicium Sortis, permissum est, præterquàm in casibus prohibitis à lege. l. necnon. §. quod eis. ff. ex quib. cau. maio. Feli. in loco præallega. & in simili Bart. de cumulatione actionis, in l. edita. C. de eden.

Octauo, ubicunque uirtute primæ instantiæ, incohate per actorem, posset decidi, id quod in nouo libello deducit reus, eiusdem libellus recipiendus non est, ut inquit Ange. hic per istum tex. ubi geminatio libelli reiicitur pariter, ex quo per unum expediri potest, de quo tamen, ple

ne Deci. ubi & nos multa, in c. in præſentia col. 3. de proba.

Vlpianus.

Si filiusfamilias; *Iudex dicitur facere litem ſuam, tribus modis, primo ſi per ignorantiam iudicat, quo caſu tenetur, in quantum æquum Iudici (utpote bono uiro) uidebitur, ut hic & in l. ſeq. Iulianus autem. Secũdo ſi doloſe, & tunc tenebitur ad omnia damna & intereſſe. l. fi. C. de pœna Iud. qui ma. iud. Eademq; pœna ſi negligenter. l. Si quis in conſcribendo ad fi. C. de pac. Ro. pulchre in l. 4. in §. in eum col. 2. ff. de dam. infec.*

Vlpianus.

Iulianus ait; *Iudex non iudicat, ſed recuſatur, ſi in totum, uel in partem, ſucceſſiſſet litigatori, ut hic & eſt cauſa ultra alias enumeratas in c. legitima, ubi Io. Andr. de ap. in 6. Spe. in §. ſupereſt, eo. ti. & quidem præcipua, cuius meminit etiam Abb. in c. cauſamq; col i. de offi. de.*

Secundo poſtquàm de recuſatione loquitur tex. iſte, uirtualiter, ſcias quod quanquàm in ſe, naturalem habeat rationem, non propterea

ſequitur quod ſit de iure naturali, ut in ſimili in l. cum ratio ff. de bo. damnato l. i. ff. de mino. Feli. in c. cum ueniſſent col. 4. de iudi.

Tertio quod ſufficit quod allegetur ſuſpitionis cauſa abſque eo quod probetur, ut not. in l. apertiſſimi C. eo. & in l. quia poterat ad treb. Bar. conſi. 105. col. i. et eſt ſimile ultra eum in l. ſi adulterium cum inceſtu in §. idem pollioni ff. ad legem Iul. de adult. & in clem. appellanti, et utrobique glo. de ap. et maxime ſi hoc ipſum iuramento affirmetur, quo omnis ſuſpitio calumnie tollitur, ut inquit Spe. in §. qualiter uer. quid ſi preſumptio de recu. et poſt eum Bar. in loco praeallega. non quod iuramentum probatio ſit, ſed releuatio ab onere probandi l. ſed et ſi poſſeſſori §. fi. ff. de iure iu. et quod ſufficiat ſuſpitionem allegare, tradit etiam Bal. conſi. 471. col. 3.

Quarto, quod facilius recuſatur delegatus quam ordinarius d. l. apertiſſimi Feli. in d. c. cum ueniſſent, col. 4.

Quinto quod non ab re dicitur in l. obſeruandum ff. de offi. preſid. et in l. ubi C. ad legem cor. de fal. caueat iudex ne detegat motum animi ſui, ne facile recuſetur. & not. in l. admonendi ff. de iure iu.

Vlpianus.

Si longius; *Si ille coram quo, causa cepta est infirmetur, coram alio poterit agitari, cum declaratione tamen; de qua per Bar. in l. i. nu. 3. ff. de offi. consu. & in l. pe. in §. fi. de uaca. mu. nonnihil Ro. in l. prætor ait in fi. de dam. inf. ad longum disputat Deci. in c. prudentiam col. 4. de offi. dele. ubi et nos late. Ias. in l. duo ex tribus col. 2. ff. de re iud. not. in l. i. ff. de offi. eius cui man. est iu. & hoc est quod dicebat Alex. quod propter infirmitatem recedimus a regulis iuris communis consi. 209. col. 2. uol. 6.*

Secundo sciendum est ubi habens potestatē ordinariam, procedere non potest, nisi consilio habito; quod si nimia dilatione periculum immineat absque consilio procedi poterit; de quo alias in l. i. in §. si plures. ff. de exercito. Abb. pulchre in c. ex parte ad fi. de constitutio. Sumpto argumento ex tex isto.

Tertio si statutum dicat, mulierem, seu minorem, contrahere non posse, sine consensu consanguineorum suorum; quod poterunt si in remotis partibus sint; eorumq; expectatio periculosa, ita Ancha. ubi alia multa in rep. c. Canonum statuta col. 242. & 243. eo. tit. alias si

breui essent reuersuri tunc forent expectandi l. nulli, & ibi Bal. in fi. C. de ep. & cle. not. in c. fi. de testa. in 6. Stepha. fed. de int. iu. col. 41.

Quarto quod non debet quis sua negligere, ut in not. q. etiam dicit glo. & Abb. in c. prudentiam in §. i. de offi. de.

Quinto; simili modo si reus qui promisit certo die sistere in iudicio, si non steterit impeditus neque per se neque per procuratorem pænam non patitur; præterquam in casu, quando impedimentum foret perpetuum, uel longum; quia tunc procuratorem mittere teneretur ut hic & in l. papinianus exuli. ff de mino. Bart. in l. 2. in §. si quis in iudicio. ff. si quis cau.

Sexto (estq; ferè idem) quod iudicandi onus, diuidi non debet, nisi Iudex grauatus sit, ut hic & in. l. quæsitum. ff. de re iud. & in c. querelam de iure iu. Fel. in c. si pro debilitate col. 2. de offi. de.

Septimo dicit etiam in c. cum omnes col. 15. de consti. quod absentes qui sunt in loco ita remoto ut non possint absque periculo uocari, attenta qualitate actus, non sunt uocandi.

Et in c. cum accesissent, (Octauo) col. 10. eo. ti. quod si immineat necessitas alienandi bona Ecclesiæ Cathedralis, tantamq; celeritatem exigat, ut superior Consuli non patiatur, poterit Episcopus alienare non obstante iuramento

de non alienando inconsulto Ro. Pontifice.

Nono, quod licet filius non habeat legitimã personam standi in iudicio absque consensu patris. l. fi. §. necessitate. C. de bonisq; lib. attamen patre non existente, poterit iudicium exercere, & habilitatus dicetur ut hic in §. si filius & in l. si filius. ff. de procu. & in l. cum filius. ff. si cer. peta. Ro. consi. 36. col. i. quod maxime alibi declarat in l. i. col. 2. C. qui admi. uerum esse, quo ad officium Iudicis implorandũ asserens hoc casu speciale esse, quoniam alias si illud imploraret non tamen in figura Iudicij posset, etiam sine patris consensu, & ut latius per eum. Melius Soci. in d. l. cum filius. Subiicit quoque Bal. ad idem quod poterit Filius dũ modo caueat de rato, in l. si cum dotem in §. si patri. ff. sol. mat.

Dicebam etiam ego (& Decimo) quod licet nec olim nec hodie filius haberet legitimam personam standi in iudicio, sine patris consensu, quando uel iure actionis uel officio iudicis in forma iudicij procedebatur, habet tamen aliquo casu ut hic cum de delicto puniendo agitur, ne (ut dicebam alias ego in d. l. i. C. qui admi.) remaneat punitum. l. ita uulneratus. ff. ad legem aquil. c. ut fame de sen. exco.

Vndecimo, quod Monachus existens in studio, de licentia Abbatis, & consensu conuen-

tus. c. periculosa ne cle. uel mo. in 6. poterit actionem iniuriarum intentare, & ita per istum tex. & alia multa iudicauit Capel. Tholosa. decisio. 88.

Duodecimo, donec scholaris est in studio, qđ dicitur esse in uia redeundi ad patriã, ut hic & ĩ d. l. cum filius & ibi not.

Decimo tertio sicuti hic iudicium ualet absente patre, si à filio actum sit, ita ualet si mulier egerit absente marito, pariter, quæ tamen nõ poterat ex forma statuti absque ipsius consensu agere, ut consuluit Pau. Castren. consi. 276. col. 2. uol. i.

Decimò quarto dicit etiam per istum tex. cõiuncto tex. d. l. cum filius, Deci. in l. i. col. pe. C. de eden. post Bar. in l. in prouinciali .ff. de no. o. nun. quod duo remedia extraordinaria possunt simul concurrere.

Decimo quinto, quod superueniens commodum non debet nocere, sed prodesse, ut hic in fi. et in pulchro casu alimentorum Pau. Cast. consi. 31. col. i. uol. 2.

Decimo sexto, quod monachus, factus Episcopus, poterit esse arbiter, ex quo ratione dignitatis auctæ, augeri debet etiam utilitas, inquit per istum tex. adhuc Cy. in l. si qui ex consensu col. 2. C. de ep. aud.

Decimo septimo quod in ordinarium compro-

mitti non potest, ex quo dignitas (ut hic rursu dicitur) debet augeri non uilipendi, in delegatum autem sic, quia aliena utitur iurisdictione l. i. §. qui mandatam .ff. de offi. eius cui man. est Iu. et in habentibus simbolum facile fit transitus l. in rem §. item quecunque .ff. de rei uen. & not. alias in l. et si prætor .ff. eo. de offi. eius cui man. est Iu.

Decimo octauo, quod assessori salarium integrum debetur, mortuo præside, si maxime fuerit peritus, et eminentis scientie, non si indoctus et expers, et hoc idem, quia in honoribus semper fieri debet larga interpretatio, ut bic, et not. in l. diem functo .ff. de offi. asseſſo.

Vlpianus.

Heres absens; *Etiam infra ad fi. de hac l. Forte quod hic dicitur, in rescriptis locum non haberet, ex quo uere successor non est eadem persona cum defuncto, quodq; poterit quis conueniri coram ordinario, coram quo poterat defunctus, non coram delegato, quia rescripta sunt personalia & odiosa, & consequenter restrigenda, & latius ut declarat Abb. in c. significauit col. 3. de rescrip.*

Secundo dici potest, quando alicui intuitu sue proprie personæ, conceditur priuilegium, eiq;

succedat non priuilegiatus, quod eo priuilegio, non utetur; ut hic & in l. apud Iulianum in §. i. ff. quibus ex cau: in po: ea. & in l.i. ff de mino. & in l. 2. C. si aduer: rem pi. Bar. in q. pisane. ciuitatis col. 2.

Tertio quamuis rursum dicatur hic; heredē conueniri posse; eo in loco ubi defunctus; conueniendus erat; quod tamen istud in clerico nō procedit herede; ita Feli. post Abb. in c. quia V. col. 3: de iudi.

Quarto; quod ubi quis gessit tutelam non modo conueniri potest ut hic in §. i. uerum etiam si alibi soluere destinauit quid ibi contraxisse ui detur, ibiq; forum sortiri; ut hic in §. proinde & in c. romana in §. contrahentes; de fo. comp: in 6. & in l. contraxisse. ff. de ac. & ob. Corn: consi 70. col. i: uol. 2. Abb. in c: fi. col. 11: de fo. comp.

Quinto; dicit Bar. adhuc per istum tex. in l. 2. C. ubi se. uel cla. quod Florentini, qui perusii conuersantur, possunt ibi conueniri; pro contractibus alibi factis; quodq; ad istum effectum sufficit assidua conuersatio; hic uero contrariū exemplificando in scholari; & male; ut sensit etiam Abb. in c. quod clericis col. 2. de fo. cōp.

Sexto; quod scholaris in studio non dicitur habere domicilium, nec incola fieri; nisi deceniio; quandoquidem in uia continue esse uidea-

tur dum est in studio, l. cum filiusfamilias .ff. si cer. peta. Bal. in l. i. col. 2. C. ubi de cri. agi. ope. an tamen possit conueniri in loco studij dictum est proxime, pro contractibus alibi factis nec repeto.

Septimo, quod potest quis conueniri eo in loco in quo contraxit, etiam si esset clericus, & si etiam absq; licentia sui episcopi in aliena diocesi contraxisset, c. dilecti & ibi not. c. fi. de so. comp. c. romana §. contrahentes eo. ti. in 6. Quod tamen fallit si cum uiatore contractus celebratus fuisset scienter, quia tunc conueniri non posset, ex quo sciebat illum confestim recessurum, alias sic si ignoranter, ut hic, latius Alex. consi. 89. col. i. uol. 7. nonnihil Capel. Tholosa. decisio 103. & 329. plura Bernard. de luco in regu. suis 146.

Octauo, quod id quod momentaneum est non curatur, ut inquit Bal. in not. q. consi. 456. col. fi. uol. i. ideo (ut hic not. etiam) si debitor inueniatur in loco non sui fori, non poterit conueniri ut caueat, se soluturum in loco sui, late tamen de hoc Ferrarin. in l. 2. col. 3. ff. de iu. o. iud.

Nono si debitor constituerit in omni loco, in quo uoluerit creditor se soluturum, quod per hoc non in omni loco, poterit conueniri, ex quo durissimum esset, quo quot locis nauigaret, ibi-

dem respondere, de quo tamen late Bal. in l. si quis in conscribendo col 3. C. de ep. & cle. & not. etiam hic.

Decimo, quod uagabundus potest ubiq; con ueniri ut hic rursum not. & maxime suspectus de fuga, tradit etiam Ancha. consi. 192. col. i.

Vndecimo tamen scias ad fugæ propositum. qđ suspitionem excludunt hæc tria, si debitor sit bone conditionis & famæ uir, si immobilia pos sideat bona, & in loco denique sit eius conuer- satio assidua l. argentum. ff. commo. l. sciendū §. ff. qui satisda. co. & ut hic etiam legitur Ro. pulchre consi. 241. col. i.

Duodecimo, quod equitati consonum est, ubi fur inuenitur, quod ibi puniatur, uel ad lo- cum delicti remittatur maxime quia sic discur- rens, uidetur uagabundus, ut hic not. & fir- mat Bal. in l. si abducta col. 2. C. de fur.

Decimo tertio, quod ille dicitur habere iuris- dictionem ordinariam, qui Iudex est aliqua ex causis hic enumeratis, ad quod aduertit etiam Aluaro. in c. i. in prin. col. i. apud quem contro. feu. diffi. in usib.

Decimo quarto si Florentinus teneat institorem Lugduni, qui contrahat, an possit pro con tractibus ab ipso factis, ibi conueniri, disputat. hic in §. apud labeonem, Pau. Cast. fusius Boer. decisio 114. col. i. & 2. par. i. Verum dicerem

ego, quod sic, quoniã non aliud tex. iste innuere uidetur, & cum in uerbis non est difficultas, non est admittenda uoluntatis questio .l. non aliter l. ille aut ille .§. cum in uerbis .ff. de lega. 3. idemq; Dy. consi. 18. et infra ad fi. in lectura de ista l. multa.

Paulus

omnem; Pro cõtractu accipitur omnis obligatio ut hic, & ideo si statutum dicat, quod mulier non posśit contrahere sine consensu consanguineorum suorum, non poterit quoq; adire hereditatem, tamet si istud sit non contrahere sed quasi l. apud Iulianum ad fi. ff. quibus ex cau. in po. ea. ratione supra dicta ut hic, & per Bar. in l. more in fi. prin. ff. de acqui. he. et Abb. in c. fi. col. 11. de fo. comp. Corn. consi. 254. col. fi. uol. 4.

Secundo, quod de contractibus ad delicta ualeat argumentum, hic etiam probatur & in l. 2. ff. de custo. reo. & insti. de pub. iud. in prin. Cy. in l. i. col. 2. C. de summo tri. & fi. catho. Bal. consi. 60. col. i. uol. 5. et ideo dicebat in c. ex literis nu. 16. de consti. quod id quod uenit ex accidenti propter moram, non dicitur uenire iure actionis uel contractus, nec iure delicti sumpto argumento ut supra et alibi Ias. in l. si

familia col. i. ob id .ff. de Iu.o. iud. quod sicuti est distractus nominatus, et innominatus, ita est etiam declictum & bene, nominatus ergo erit si fiat liberatio per acceptilationem, innominatus si pacto nudo, item nominatum delictum, speciale nomen habens, ut furtum et simile, innominatum non habens, sed factum ipsum tantum nominis loco, ut corruptio edicti prætorij, et ut per eum ibi latius. et Cur. Iuni. olim Collega. in feu. par. 5. tracta. 6. principali col. 2. quod quemadmodum pater contrahendo, potest filio præiudicare, in feudo, ita delinquendo potest. et Nel.in tracta. Banni.in i.par. 2. temp.q. 8. si stet statutum quod bannitus & registratus in certo libro (ut communiter seruatur) impune poßit offendi, & aliquis dum registraretur fuisset offensus, quod offendens ueniret puniendus, nec ab re, quia sicuti contrahens debet se informare de conditione illius cum quo contrahit l. qui cum alio .ff. de regu. Iu.ita qui delinquit in alium. & Bal. in l. i. in prin. C. de ser. fugi. quod sicuti differentia esse debet inter contrahentem & rem super qua contrahitur, ita esse debet, inter contractātē, & rem quæ contractatur, & est argumentum in c. fi.de institutio. & in l. 2. ff. de stipu. seruo. & in simi li Areti. consi. 91. col. 2.

Dicit tamen (et Tertio) idem Bal. quod be-

ne uerum est, quod de contractibus ad delicta ualet argumentum, quia sunt similia quo ad forum, sed non quo ad pœnam quodq; hoc casu sũt dißimilia. in l. inactionibus. ff. de his qui not. infa. & ẽ intellectus ad istũ tex. & ideo clausula pactus uidetur. apposita in delictis, non intelligitur repetita in contractibus ex quo differunt quo ad dispositionem legalem, cum differant etiam in materia, ut ibi subiicit. Nonnihil consi. 31 i. col. 3. uol. 4.

Quarto, quod sicuti quis ibi contraxisset uidetur ubi solutionem destinauit l. contraxisse. ff. de ac. & ob. ita uidetur etiam deliquisse, ubi delinqui mandauit arguendo de uno ad aliud, ut supra ex aliis quinq; decisionibus ostensum est, & nouissime ita etiã dicit Bar. in tracta. iurisd. col. 5.

Quinto, quòd publicatis bonis filij nõ intelligitur publigatum peculium castren. uel quasi nec profectitium uel aduentitium, ex quo alienare non potest contrahendo, uel delinquendo, de quo tamen fusius Ro. in l. si finita in §. si de uectigalibus col. 4. & 5. ff. de dam. inf.

Valet etiam argumentum (Sexto) de contractibus ad delicta quãdo eadem ratio militat ut declarat Deci. in l. unica col. 9. ubi & ego aliqua. C. de sen. quæ pro eo quod int. & ideo delictum prælati nocet subditis non cõtractus dicit

Pau.

Pau. Castr. consi. 20. col. 3. uol. i. docto. in l. iubemus nullam .C. de sacro sanc.ec. & licet inanis sit actio, quam inopia debitoris excludit l. nam his .ff. de dolo. l. itaque fullo .ff. de fur. c. olim de resti. spol. in delictis tamen fit pœne commutatio, l. quicunque .C. de ser. fugi. l. si quis iniuriam .ff. de iniur. l. qui edes. ff. de incen. rui. nauf. statutumque prohibitiuum ne mulier obligetur absque certa solemnitate, non comprehendit obligationem delicti uel quasi, de quo late Ias. in l. si unus in .§. pactus col. 9. ff. de pac. Nec ualet quoque in casu l. i. .§. magistrũ ff. de exerci. actio.

Quod ualeat tamen regulariter (et Sexto) ut dictum est, facit tex. in l. si rerum in fi. ff. de re iud. ibi ex malo contractu & delicto, ubi pro eodem ponuntur, & sicuti sententia ratione delicti contra mortuũ est nulla, ita stipulatio huiusmodi est, inquit Iacob. à S. Geor. in l. unica in .§. et cum triplici col. i. C. de cad. tol. & quemadmodum in contractibus attenditur locus cõtractus l. si fundus .ff. de euic. ita attenditur locus delicti, ut puniatur delinquens secundum leges ipsius loci, ita Bar. in l. i. nu. 47. C. de sacro sanc. ec.

Septimo per istum tex. dicit etiam Bal. quod statutum potest inducere nouos contractus, seu quasi, iuri communi incognitos, puta quod qui

ingrediens portam Ciuitatis, uel qui colit, aut coli faciat fundum in districtu, soluat certum quid, in statut. arbitrium nu. 11. & in uer. sol uetur nu. 1.

Octauo inquit alibi adhuc per tex. istum qđ sicut mora purgatur in iudicijs, ita purgatur etiam in contractibus quoniam parificatur, in l. et si post tres col. 9. ff. de pac. estq; ultra eum argumentum in l. 3. in §. idem scribit. ff. de pe cu. & ut per Bar. in l. i. nu. 10. C. de lit. cōt. Bal. in l. i. in prin. C. de sen. quæ si. cer. quantita.

Nono si Iudex non potest imponere pœnam, ex maleficio debitam, non etiam poterit imponere debitam ex contractu, confert q; ad tex. in l. pe. ff. de calum. multa Corn. consi. 8 col. 7. uol. 3.

Decimo, quòd quemadmodum dolus commissus in litigando, iudicium nullum facere non potest, parimodo non potest transactionem, si quidem in ea commissus sit, de quo tamen plene in l. transigere & ibi Ferrarien. col. 11. C. de transactio. ubi etiam ego, & est argumentũ in l. 3. in §. idem scribit. ff. de pecu. & diximus quoque supra.

Vndecimo quod per litis cont. inducitur quidam quasi contractus, per quem, partes obligantur iudicio, ut hic, & in l. 2. ad fi. ff. de præto. stip. & in d. §. idem scribit, Ferrarien.

& alij in rub. C. de in ius uo.

Duodecimo quod nomen contractus pro omni obligatione accipitur, ita ut mulier quæ ex forma statuti, non potest contrahere absque certa solemnitate nec possit etiam hereditatem adire quod est quasi contrahere, siue ea ut inquit Bal. in l. metum ad fi. ff. de acqui. he.

Vlpianus.

Si debitori; *Quod in mora modici temporis non sit præiudicium, ut hic dicitur, tradit etiam Abb. in pulcherrima illa q. an priuilegium petitorii suspensiuum, locum habeat post conclusionem in causa, in c. pastoralis col. fi. de causa po. & prop. deducendo ut per eum.*

Secundo ad idem sciendum est, quod in interdicto recuperande, non admittitur reus, etiam si uelit incontinenti dominium probare spoliatoris odio, ex quo non est conueniens, quod reus ut actor contendat, qui ius sibi propria auctoritate dixit, alias præberetur occasio spoliandi alium & male, argumentum in l. conuenire ff. de pac. dota. in interdicto autem adipiscende hæc ratio cessat, igitur æquum erit omnium, qui non sit, in culpa, quique non tenetur rem suam exhibere, seu possessionem ipsius in alium transferre, admitti ad probandum ius suum; maxi-

me, quia in mora modici temporis (ut diximus proxime & ut hic) non est preiudicium, & declarat idem Abb. in c. i. col. 2. de resti. spol.

Tertio, quod si extra ordinem, non oblato libello scilicet ad interrogationem creditoris, uel iudicis reus confiteatur non erit facta confeßio in figura iudicij, sed per modum potius uoluntarie iurisdictionis, nec lis contestata, nec feretur inde sententia diffinitiua, sed preceptum fiet, ut hic, de quo tamen fusius Bal. in l. i. col. 3. C. de lit. cont. dixi ego in c. i. de excep. & in l. fi. C. de edic. di. ad. tol. Deci. à simili in auth. si quis in aliquo documento nu. 5. C. de eden. quod in casibus in quibus instrumenta habent executionem paratam, non requiritur alia sententia, sed preceptum solum sufficit; Adde tu, quod non requirit scripturam, de quo tamen Feli. multa in rub. de re iud. col. 4. & de precepto isto alias de quo hic late Ias. in l. si domus in §. in pecunia nu. 2. ff. de lega. i. Io. Craß. in tract. iudicio. in 18. specie plenarum probationum, col. i. & de offi. Iud. col. 9.

Quarto (ad supra dicta redeuntes) sciendum est, quod uulgata illa lex, prospexit ff. qui & à quib. multos habet intellectus, sed preceteris unum, quod restringi non debeat, ex quo de modico agitur preiudicio, quod differatur manumissio, per 60. dies, nec mora modici temporis

damnum affert, ut hic, Fusius Stepha. Fed. in tracta. de int. iu. col. 30.

Quinto, quod in casu c. cum contingat de rescrip. (instruit enim ordinarium, quid facere debeat cum à diuersis delegatis, recipit manda ta contraria) à quocunque ordinarius audierit honestum est ut supersedeat, aliquo tempore intra quod certificet partem, & Iudicem, petatq; copiam utriusq; rescripti, ex quo in mora modici temporis non fit præiudicium, & ita ibi post Host. declarat Abb. col. 2.

Sexto, certum est, quod ob non solutionem tributorum, prædium uendi potest, nec determinatum tempus est cessationis, ut ad uenditio nem fiscus procedat, ideo iudicis arbitrio relin quitur l. i. ff. de iure deli. dico ergo quod assignabit terminum decem uel quindecim dierum debitori ad soluendum, & pro ut sibi uidebitur cum comminatione alias procedendi ad uenditio nem, quia nec magnum damnum est in mora mo dici temporis, ut hic, Bal. pulchre in l. i. col. i. C. si propter pub. pen.

Septimo dico, quod hæc lex in ciuilibus, lo cum habet, non in criminalibus ex quo pæna non est differenda, sed inferenda, ne propter inopinatos casus, qui possunt euenire executio eludatur, & delicta inulta remaneant, & male l. ita uulneratus. ff. ad legem aquili. c. ut fame

de ſen. exco. Cald. conſi. i. ad fi. de re iud. et ita etiam debet declarari (ut ibi ſubijcit) quod dicitur, in l. fi. C. de execu. rei iud. primum dictũ tamen fallit aliquo caſu ut infra ſtatim.

Octauo, inquit etiam glo. per rationem de qua hic; & (ut ſupra dictum eſt) quod debitor petens dilationem temporalem, eſt audiendus, in l. quotiens. C. de precib. imp. offe.

Nono, forte iſtud adhuc dictum eſt hic; quia uulgatum quoque fertur id, non auferri nobis quod differtur l. quamuis. ff. de arb. l. deſtitiſſe ſupra eo. Bal. in c. officij ad fi. de electio. Saly. in l. liberi in not: C. de fideicom. quanquam reſpondeat, interim tamen non dari, & quod ad preſens oua cras pullis ſunt meliora. l. cum hi in prin. ubi glo. ff. de tranſac. ſed nihil eſt, cum (ut diximus) modici temporis mora, non magnum afferat damnum; Por. inſti. de ſingu. reb. per fideicom. rel. in prin. col. i. Corn. conſi. 62. col. 2. uol. 3. Boer. deciſio 296. col. i. par. 2.

Decimo, mulier prægnans quamuis peperit, non tamen eſt ultimo ſupplicio afficienda ſtatim ſed poſt aliquod temporis interuallum, ne partus pereat; niſi per alium commode nutriri poſſit, & hoc (ut ſubijcitur) quia in mora modici temporis, non eſt periculum, ita Bar. in l. Imperator 2. ad fi. ff. de ſta. ho.

Vndecimo, Iudex non debet parcere conti-

maci, quantacunque dignitate prædito, in præiudicium alterius partis, nec eum consequenter audire, nisi agatur de non magno præiudicio, moraque sit modici temporis, quia tunc secus ita Abb. in c. consuluit col. 3. de offi. del.

Duodecimo, si datus sit terminus, parti ad opponendum, & articulandum, decem dierum & contradixerit, ob breuitatem, poterit Iudex ex æquitatate, expectare, & supplere, etiam inuita parte, quia omnino mora modici temporis non est periculum allatura, quanquam magnus quidam doctor Vltramontanus absolute diceret contrarium cuius opi. sic declarat, & modificat Bal. in l. i. col. fi. C. quomodo & quando Iud.

Decimo tertio, scias, hanc legem non habere locum in eo, qui confitetur furtum uel rapinã (præter cetera quæ supra dicta fuerunt) nec sibi dandã dilatio, quanquam regulariter, cum his qui humiliter confitentur soleat mitiùs agi, sed quod in carcerem detineri debet, donec restituat ablatum, ex quo non est cum furiibus & raptoribus misericorditer agendum, sed rigorose potius & (ut aiunt) in uirga ferrea. §. oportet in auth. ut iud. si. quo quo suf. §. illud in auth. ut li. matri & auic. Bal. in l. fi. col. i. C. de exe cu. rei Iud.

Decimo quarto uerum est adhuc quod mora

modici temporis non eſt damnum, niſi fraus aperte deprehendatur .c. cogitationis de pen.d.i. Archid. in c. i.col.i. 100. d.

Decimo quinto dico, quod licet prorogatio fiat pars ledi non uidetur, ex quo mora modici temporis periculum non habet. tamen aduertẽdum eſt, quia imò propter pœnam periculum habet l. ſi minor .§. minores.ff. de mino. Bal conſi. 101. col. 3. uol.3.

Decimo Sexto ad præceptum de quo hic redeuntes adhuc ſciendum eſt, quod habet executionem paratam, ut inquit etiam Corn. conſi. 99. col. i. eo. lib. & conſi. 238. col. 2. eo. lib. et conſi. 259. nu.8. eo. lib.

Qui dicit etiam (Decimo ſeptimo) alibi, q̃d creditum per confeſſionem creditoris probatur quodque per iudicis præceptum de nouo inducitur, conſi. 155. col. 2. eo. lib. & quod mittatur executioni, quemadmodum ſententia (ut dictum eſt proxime) tradit nouiſſime Pau. Caſt: conſi. 232. col. fi. uol. 2. Boer. deciſio 295. nu. 6. par. 2.

Decimo octauo, quod tempus, quod datur iudicatis eſt quadrimeſtre, ut hic not. late Boer. deciſio .45. col. i. par. i.

Decimo nono, ſi agnatus uelit recuperare rem uenditam ab agnato, poteſt intra annum agens, nec tenebitur refundere reparationes

emptori, si quas fecisset, ex quo in mora modici temporis, non magnum præiudicium sibi fieri poterat, si differebantur, quanquam in minore alia ratione secus sit, ut pulchre ostendere nititur idem Boer. decisio 47. col. 2. ea par.

Vigesimo, si citatus à Iudice non ueniat incidit in pœnam, post modicum tempus tamen moram purgat, quia modici temporis magnum damnum non affert, ut hic & in l. & si post tres ff. si quis cau. Bar. in tracta. Citatio col. 4.

Paulus

Non poteſt; *In prima actione, cogitur quis persistere, nisi forte uelit in totum desistere in parte enim non admittetur, ex quo reus prætenderet interesse, si autem uelit addere aliquid circa principalia, nō potest ut hic, circa accessoria uero, ut sunt fructus, sic si tamen occurat id post litem contestatam, quia si ante, tunc non posset l. ediles. §. item sciendum. ff. de ed. ed. l. atheius §. fi. cum l. seq. ff. de aqua plu. ar. Abb. in c. significantibus ubi & nos late, col. 11. de lib. ob.*

Secundo dico, quod ubi agit actor petitione hæreditatis, restringendo se simpliciter ad unā rem, illa res tantum uenit, nec potest etiam in processu declarare, sicuti nec in singularibus in

diciis, ut supra (istud enim est uniuersale) sed noua interpellatione opus est ut hic, tradit Abb. met in loco præallega. col. seq. dixi ego, nouissime in l. edita. C. de eden. & alij ibidem latius.

Tertio, quòd terræ nouiter acquisitæ non subiacent interdicto, ut per Io. And. in c. si sententia de sen. exco. in 6. in nouel. c. cum capella de priui. c. fi. de rescrip. & facit etiam tex. iste, & in l. damni in §. is qui. ff. de dam. inf. Fed. de sen. consi. 32. col. 3.

Quarto, si ego egi rei uendicatione, non expressa causa, quæ tamen superuenit lite contestata quod non inducit condemnationem, ex eadem instantia, iure isto, alias de equitate canonica sic, ut in c. Abbate sanè in 6. de re iud. Bal. in d. l. edita, in lectu. perusi. col. 6. C. de eden.

Et ibidem (ac Quinto) dicit Bart. col. 1. etiam, quod actio ante litem contestatam emẽdatur, postea uero non ibique glo. ante eum & alij, & col. 5. subinde, ibidem, idem Bar. quod nec libellus poterit mutari quo ad substantialia, adhuc post lit. cont. & ferè idem esse uidetur, quanquàm emendatio, & mutatio sint diuersa, ut adhuc ibidem diximus.

Sexto, quòd tex. iste, ibi post iudicium acceptum, intelligitur. i. post lit. cont. & habetur etiam in d. l. ediles in d. §. Item sciendum. ff.

de edil. ed.

Septimo, quod similiter, ibi, alia interpellatione opus est, intelligi debent. i. nouo iudicio; probatur in l. sed interdum iuncta glo. ff. de aqua plu. ar. Odof. in d. §. item sciendum. glo. in l. per hanc. C. de tempo. & repa. ap. & declarat etiam Gui. papa. decisio. 90. col. 2. Nonnihil in not. suis Pe. de bellaper. post. q. 5. col. 2. Deci. seni. in d. l. edita col. 2. C. de edē.

Octauo, dicit etiam per istum tex. Alex. consi. 208. col. 3. uol. 6. quod ius fideicommissi futuri peti non potest, quando actio non competit. & nimirum quia regulare est neminem sine actione experiri. l. si pupilli. §. uideamus. ff. de neg. gest. Corn. in simili consi. 244. colum. si uolum. i.

Nono alibi quod ius superueniens actori pendente Iudicio, ipsum non conualidat, consi. 85. col. 2. uol. 7.

Decimo, quod hic uerificatur quoque uulgatum illud, permissum uno tempore, prohibitum fore alio, de quo etiam in l. statuliberum in §. stichum. ff. de lega. i. not. in d. l. edita, & dictum explicite est supra.

Vndecimo, quod agens in aqua ligonizat, si uelit ex iure superueniente pendente Iudicio ipsum (ut dicebam supra) cōualidare tradit Bal. in statut. Confirmare num. i. quasi dicat in ua-

num, ex quo non potest, & noua interpellatio ne est opus, ut hic subijcitur.

Duodecimo in not. casu dicit etiam Corn. consi. 85. col. 3. uol. 2. quod actori ius competere debet saltem tempore lit. cont. in pulchro casu.

Et consi. 16. col. 2. uol. 4. (Decimo tertio) quod sententia non potest fundari super eo, quod in libello non est deductum, nec in iure superueniente pendente lite.

Decimo quarto, quod hic non potest fingi deductum in Iudicio, quod nondum erat inesse naturæ, ex quo duæ essent fictiones una circa essentiam, altera circa deductionem in Iudicio; & male. l. i. C. de dot. promissio. l. cum post. §. gener. ff. de iu. do. not. in d. l. edita.

Decimo quinto, si actor probauit causam quã in libello expressit, contractum, uel dominiũ, sed non tempus, puta quod ante litem contestatam subesset, quod debet reus absolui, quia potuit superuenisse post litem contestatam, quo casu non sufficeret ad condemnationẽ, inquit Pau. Cast. consi. 42. col. i. uol. 2.

Decimo sexto quod lex ista non habet locum super stipulatione pœnali, quia habet causam de præterito, igitur uenire uidetur in Iudicio sine nouo libello. l. si rem §. fi. ff. de pi. ac. not. in c. raynaldus de testa. Bal. ubi alia multa ad intellectum istius tex. in l. etsi post tres colũ. 12.

ff. si quis cau.

Paulus.

Non alias; *Quod familiares potestatis, gaudeant priuilegio domini, ut hic not. & est argumentum in l.i. C. de ep. & cle. tradit etiam Bal. in l. obseruare, in §. proficisci col. 4. ff. de offi. procon. Qui idem dicit quoque in scutiferis & familiaribus militum, in l. i. C. de uxo. mil. post Cy. ibi, si sunt familiares necessarij, secundum personæ dignitatem. Et in l. omnes, col. i. C. de ep. & cle. per istum tex. adhuc in §. i. & per illum, quod homines clericorum, dicuntur eorum seruientes, & qui sunt in ministerio ipsorum, & quod gaudent priuilegio ipsorum dominorum, non principaliter & propter se, sed propter illorum fauorem.*

Iulianus.

Si legationis; *Ad id præstat nobis argumentum pulcherrima hæc lex, quod suspectus de fuga non gaudeat ferijs uel alijs beneficijs legalibus, ut per glo. in l. dies festos C. de fer. & hoc quia recessum expectare non debemus eius, qui non est recessurus, ne fugã instruamus, ut hic. Et quia ordinate fieri uide-*

tur, quod ſine ordine fit propter fuge periculũ, & (ut uulgo dicitur) quia ordo eſt in extraor dinarijs, ordinem non ſeruare. l. extat & ibi not. ff. quod met. cau. c. ad noſtram. 3. de iure iu. Bar. in tracta. repreſalia. in uer. pro te. q. 7. Seueri. in tracta. de debito. ſuſp. & fug. q. 8. & quod ſuſpectus & fugitiuus ad partis poſtu lationem capi poſſit, ne ſibi detur occaſio, rece dendi cum re, tradit etiam idem Sene. in præalleg. tracta. in fi.

2 *Secundo, contraxit quis, cum peregrinante, redijt, nec ſoluit, ſine dubio capi pariter poterit, ne (ut dictum eſt) ſibi detur occaſio recedendi cum re, & firmat Bal. contra Bart. in rub. C. de priuil. cre. quem ſequutus eſt Ro. in l. qui bona fide in §. de illo. ff. de dam. inf. et ita ſentio etiam ego, quia in ſui ratione tex. iſte noſter, negari non poteſt.*

Tertio dico ex his, quod non debet præberi occaſio delinquendi, pro ut communiter habetur (præter allega. hic in glo.) in l. conuenire. ff. de pac. dotal. & in l. ſi unus in §. illud. ff. de pac. & in l. i. ff. ad maced. Bart. in l. i. nu. 7. C. de uſuf. Unde hac ratione Auguſtus, Aſylũ Romuli, quod delinquentium, & malorum hominum erat perfugium, dirui mandauit.

Paulus.

De eo; *Hæres hæreditatem adeundo, cum cre ditoribus hæreditariis non obligatur, ex quasi contractu, ut hic per Bar. qui tamen contrarium sentit in l. apud Iulianm in fi. per il lum tex. ff. quibus ex cau. in po. ea. adeoq; ue rum est, ut uerba tunc prolata ab hærede, ha- beantur pro legitima confessione, facta præsen tibus aduersariis, argumentum in l. post uendi tionem. C. de pac. & in l. pomponius scribit & in l. nensennius & utrobique not. ff. de nego. gest. & in l. stipendium in §. fi. ff. de sol. Bald. pulchre consi. 392. col. 2. uol. i.*

Paulus.

Sed & si restituatur; *Officium Iudicis inten tans potest recõueni- ri. l. i. ad fi. ff. de uar. & extraordi. co. est ue rum si conuentio celeritatem desideret, quod re conuentio suspenditur, non quod repellatur om- nino ut hic, & est argumentum in l. fi. C. de compensa. tradit Bald. in rub. extra de offic. Iud. nu. 33. glo. tamen hic in princ. quam sin gul. dicit Ange. & post eum Ro. in l. i. col. 6. ff. de arb. secus tenet, quod imo si intentetur*

officium Iudicis, non habeat locum reconuentio, & male (ut dictum est) & ut hic per Bar. & in auth. & consequenter in ult. col. C. de sen. & int. o. iud. Ias. in l. i. col. 6. ff. de iu. o. Iud.

Secundo sciendum est, quod iuramentum idē operatur quod iudicium, ut hic in §. i. & ideo licet per stipulationem promittat quis mihi pro te dare, mihi tantum directa actio quæritur, tibi utilis uero non absque cessione. l. huiusmodi in prin. ff. de lega. i. l. pen. ff. de nego. gest. l. possessio §. & si possessio. ff. de acqui. po. & ubique not. glo. in §. alteri insti. de inutil. stip. & in l. quæcunque ff. de actio. & ob. tamen fallit quando iuramentum interuenisset, quoniam operatur hoc, ut non alia cessio sit necessaria c. quotiens ubi glo. not. i. q. 7. Butr. in c. cum contingat de iureiu. Bal. in l. pactum in 8. q. C. de colla. Alex. consi. 27. col. 2. uol. 7.

Tertio, si aliquod officium, coram quo agebatur sublatum sit, eiusq; loco aliud deputatū, quod iudicari debebit ex actis; in primo Iudicio factis, ut hic not. & fusius in l. 2. ubi Bar. Bal. Pau. Cast. & alii. C. de eden.

Quarto, quod quamuis iudicium ubi ceptū est, ibi finiri debeat. l. ubi ceptum & ibi dicemus infra eo. attamen fallit in multis casibus, & maxime, (pro nunc cæteris prætermissis) si coram uno iudice iudicium ex necessitate agi

tatum

tatum sit, ut hic in §. sed & si dies, pulchre Ro. in l. prætor ait in fi. ff. de dam. infec.

Quinto, quod certum est legi, id quod certum est naturæ, ut hic in §. fi. Abb. in c. extirpande in §. i. in lectu. ad fi. de præben. Feli. in c. rodulphus col. 32. de rescrip.

Sexto quod ueteres (scituq; dignum est) in nuptiis faces quinque, accendebant, ex quo lux generationis est signum, mulier uero non plures quam quinq;, uno partu filios edere natura potest, tametsi aliter dicatur, in l. si pater ff. de sol. & hinc Niobis Fabula nota, omnium mulierum fæcundissima.

Atq; eadem schropha Niobe fecundior alba inquit Satyric. ille.

Septimo ad propositum, quando aliqua propositio formatur de possibili, quod debet intelligi de possibili esse quod naturaliter euenire possit, ut hic & in d. l. si pater, et hoc ideo dixi, quia si formetur in actu dispositiuo ab homine, debet tunc intelligi de possibilitate secundum naturam illius actus, exemplificando ut per Bal. consi. 381. col. 2 uol. 3.

Paulus.

Qui prior; *Si intentetur interdictum unde ui, recuperande possessionis, non*

potest reconueniri agens à reo, quia ante omnia restituendus est l. si quis à se fundum. C. ad legem Iul. de ui. c. i. de resti. spo. c. fi. de ordi. co. nisi de alia spoliatione reconueniatur, quia tunc procederet, & appellantur petitiones mutuæ, & si simul intentarentur, forent una sententia terminandæ, alias ordine successiuo, quiq; prior appellaret prior ageret, ut hic, fusius Ange. in d. l. si quis à se fundum col. 3. & probatur in c. 2. de ordi. cogni.

Secundo scias, si intentetur possessoriũ, quod petitorium suspendi non potest, ex quo regulæ est locus, qui prior appellat prior agat ut hic, & in d. c. 2. Abb. in c. ex conquestione col. 2. de resti. spol. & quia non est de natura actionis exceptionem operari, quod tamen fallit in casu cle. i. de cau. po. & prop. si possessorium intentaretur per uiam appellationis, fauore beneficii ecclesiastici, quia tunc haberet exceptionis uim & spolij odio, petitorium suspenderetur ut ibi dicitur, Corse. in singul. suis possessorium n.

Tertio, si facta sit conuentio, & reconuentio, eo casu quo fieri potest, prerogatiua datur actori, ut prius actus conuentionis expediatur ut hic & in d. c. 2. quam regulam æquissimam dicit Abb. in c. i. col. 2. de mutu. peti. et subiicit istud ipsum procedere. quando actus utriusque causæ concurrere non potest in tempore, alias si

nullum præiudicium fiat actori uterq; simul poterit expediri, & bene, clem. sæpe de uer. si.

Quarto, quòd facta lit. cont. nulla protestatione promissa, reconuentioni locus non est, Nec etiam si Iudex coram quo facta sit lit. cont. sit ordinarius utriusque partis, ne præiudicium fiat principali questioni ipsamque differri contingat ob reconuentionis naturam, quæ est quod simul tractentur & diffiniantur, ut hic & in d. c. i. et ibi idem Abb. col. 5. & 8. fusius, ubi & nos multa.

Quinto dicit etiam Odof. in tracta. Ordi. iudicia. nu. 65. col. fi. si utraq; causa ciuilis sit conuentionis & reconuentionis & proposita quidem, quod reconuentus poterit nihilominus pẽdente lite priore suas probationes inducere, quódq; primo super questione sua, sententia proferetur, & incontinenti super ea reconuentionis, & bene. §. sancimus in auth. de executo. et ita formaliter Bar. in tracta. simili col. fi.

Et Corn. alibi (Sexto) quod Iudex prius aditus debet prius causam diffinire, nec de eadem re cognosci duplici iudicio, coram diuersis, alias continentia causę diuideretur, & male l. nulli C. de iud. consi. 220. col. 2. uol. 4.

Marcellus.

Vbi cæptum; *Quanquam iudicium finiri debeat, ubi cæptum est (ut hic dicitur) Archid. in c. i. col. i. 11. q. i. attamen ualebit processus, à diuersis iudicibus factus si non excipiatur, ita Abb. in c. cum M. Ferrarië. in fi. de consti. & est ultra eum argumentum in l. fi. C. de anna. excep. plene Feli. & Barba. in c. ex tenore de rescrip. ubi aliis etiam limitat modis, & Corse. in singul. suis, iudicium & Ro. in l. prætor ait in fi. ff. de dam. infec. idem Corse. latius in alphab. suo, ad Abbatem, iudiciũ nu. i. Bernar. de luco, in regu. suis 382.*

Secundo ad regulam facit, si tenuta prima durauit et durat, quod non licet actori iudicium dimittere iam incohatũ, & corã alio iudice de nouo incohare, inquit Alex. cõs. 205. col. i. uol. 7.

Tertio si scholaris unum ex suis iudicibus elegerit, statim ius alterius absortum est, ex quo ibi questio, & causa finiri debet, & coram eo, qui per solam sit citationem electus ut hic, Bal. in auth. habita col. 8. C. ne fil. pro pa. et quanquam uariatio alibi sit permissa, usque ad litem contestatam in l. si conuenerit ff. de Iu. o. iud illud ideo ẽ quia non suus erat iudex & ita Bal. ibi declarat & bene, ubi & nos multa.

Quarto præceteris pulcherrima uidetur limitatio illa, siue potius declaratio, quod si necessitas immineat, lis cepta coram uno Iudice

potest coram alio terminari , exempli gratia quia instantia finita sit & iurisdictio expiret & olim causa astensis cepta in Senatu Mediolanen. quæ postea hac de re fuit terminata in parlamẽto Gratia nopolitano,ut est uidere in con. Alb. bru. 54. nu. 9. in uol. feudalium, Seue. in tracta. de debi. fugi. q. 15.

Non spernenda est illa etiam Bar. in l. sepulchri ff. de sep. uio. (Quinto loco) si reus cõuentus corã uno Iudice, trahatur coram alio, quod exceptionẽ litis pẽdentis opponere nõ possit, si fuisset in primo iudicio contumax, & nouissime, ultra ad ducta in locis supra allega. tradit Alex. in l. 2. col. 2. ff. de re iud. & in l. prætor ait in §. Celsus col. 3. ff. de dam. infec. ubi etiam Ro. ante eum 2. Feli. in c. cum M. Ferrarien. col. 15. de consti. & in c. extenore col. 8. de rescrip.

Sexto ad idem dicit etiam Io. de anna. in c. postulasti, col. 2. in fi. ubi etiam Feli. ante eum, de homici. quod tex. iste & in d. c. extenore, procedunt & locum habent , quando causa potest habere finem coram Iudice coram quo cepta est , alias secus si non possit , propter impotẽtiam facti, not. Bal. in conclusio. feudo. inti. de mil. Vasal. qui contu. est, Seysel. in l. ut nim col. 29. de insti. & iu.

Septimo dicebat quoque alibi Ancha. si coram assessore petita sit executio instrumenti do-

talis & ab ipso obtentum primum decretum, quod pro secundo ēt adeundus est l. cum quedā puella ff. de Iu. o. iud. ne continentia cause exe cutiue duobus tribunalibus diuidatur l. quotiēs l. nulli C. de Iudi. consi. 363. col. 2. Ro. mul ta in simili consi. 249. ad fi.

Octauo, quod secunde litere non solum debēt facere mentionem de primis, sed etiam de processu gesto coram prioribus iudicibus, & fortius de eo, qui gestus est coram ordinario, quia non est uerisimile quod princeps uelit illi præiudicare, inquit Abb. in c. prudentiam in §. sexta col. 3. de offi. del. & in c. ut debitus col. 6. de appel.

Nono dubitatur in casu l. i. C. ubi de cri. agi opor. quare est, quod ibi reus condemnatur, ubi lis cepta est, respondet Bal. triplici ratione, hoc idem statutum fuisse & ea maxime, quia ubi iu dicium incohatur ibi finiri debet, ut hic in d. l. i. col. 2. alias non refero, quia non expedit, dic ut per eum.

Decimo, mota lite in iudicio seculari, non po test haberi recursus ad Episcopum ratione iura menti, quia posset opponi exceptio litis penden tis ut hic, nisi adeatur ut moneat Iudicem secu larem, ad d. iuramenti obseruantiam, eritq; hoc casu exceptio prædicta eiusdem litis pars & ratione incidentie spiritualitatis adiri poterit

Episcopus argumentum in c. tuam de ordi. co. & in l. quotiens C. de Iudi. & in l. nullum C. de testib. Bal. met. in l. i. ad fi. C. de reb. cred.

Vndecimo, unam aliam declarationem trado, priuilegium fore scholarium, transferendi cognitionem unius iudicis ad alium etiã quando unus citatione prauentus sit ex quo ipsorum intereſt, iudicem habere gratioſum .c. cum eterni de re iud. in 6. idem Bal. in d. auth. habita col. 7. C. ne fil. pro pa.

Qui (et Duodecimo) dicebat alibi etiam, quod cum Iudice corã quo uentilatur cauſa, lex loqui dicitur, argumento ſumpto ex hac l. in l. in emphiteoticariis col. 7. C. de Iu. emphi.

Decimo tertio, peruſii, ſunt duo præſidentes unus capit furem, alter contra eum procedere non poterit, quia per realem citationem praueñtus eſt, ut hic & in l. ſi quis poſteaquam, & ibi dixi ſupra eo. idem Bal. in auth. ſed nouo iure, col. 4. C. de ſer. fugi.

Dicit etiam Bar. (Decimo quarto) in l. in compenſationem ff. de compen. quod ſuper eadẽ re duo iudicia pendere non poſsunt per modum actionis, ut hic, per modum exceptionis autem ſic.

Et glo. alibi (Decimo quinto) in c. placuit 11. q. i. quod contumeliam facit Iudici, qui eo relicto uadit ad alium, & ideo ubi ceptum eſt

iudicium, ibi finiri debet ut hic.

Aliter dicit (& Decimosexto) tex. in l. contra pupillum ff. de re iud: & in c. cum parati & in c. si duobus de ap. quod citatus à duobus iudicibus debet obedire maiori, Sanilian. consi. 6. nu. 83. uol. i. et nimirum, quia maius lumen offuscat minus, maioresq; motus impediunt minores, inquit philosophus & est argumentum in l. per minorem infra eo. & in l. si apud. ff. de mino. & in l. fi. C. de ordi. cogni.

Si unus Iudex incipiat inquirere (Decimo septimo) & accusatio postea instituatur coram alio, dic quod non propterea cessabit inquisitio, ex quo iurisdictio præuenta est, ut post multa tradit Bal. in l. i. in §. fi. col. pe. & fi. ff. de offi. præfec. urb.

Qui adhuc (Decimo octauo) dicit, quod instantia causarum ciuilium, finitur confiscatis bonis, nec transit ad fiscum, quia suos habet iudices, nec instantia ipsa potest ualere de uno tribunali ad aliud l. si constante §. fi. ff. sol. mat. in l. cum mulier col. fi. ff. eo:

Decimo nono, causa semel commissa in curia inde non extrahitur communiter, nisi facienti committere eam, inhibeatur, per suum D: temporalem, ut faciunt D. Veneti, Fusius Staphil. in tracta. de literis iusti. uer. quando conceditur nu. 17. & 18.

Vigesimo, quia ubi processus incohatus est ibi finiri debet, ut hic & in l. fi. & ibi Bar. C. de uetera. lib. 10. scias quod incohatur etiam per generale proclāma. & si reus trahatur per diuersa examina actor punitur, imò quod facta electione loci uariatio non est permissa l. fi. C. de asser. tol. Bal. consi. 285. col. 2. uol. 1.

Et idem (Vigesimo primo) quod hic dicitur in iudice ordinario, habet etiam locum in arbitro, secundum Inno. qui dicit etiam quod ubi cēptum est compromissum, ibi finem accipere debet, & non modo in arbitro, uerum etiam in arbitratore in c. præsentata & ibi idem Bal. post eum col. 2. de testi. & dictū mirabile est, quod locus circumscribat id quod fit in loco l. si cum dies ff. de arb. l. si locus infra eo. l. titia seio in prin. ff. de lega. 2. subijcitq; Bal. in d. c. præsentata.

Vigesimo secundo, si uasallus conueniatur cōram iudice, cuius iurisdictionem prorogasset, Dōmino comparente, & dicente id minime fieri pōtuisse, in præiudicium suæ iurisdictionis quod sine dubio remittendus erit, ut not. in locis supra remißiue allega. nouißime, post multa declarat Math. afflic. in c. i. in §. præterea col. 5. de prohib. feu. ali. per fed. in usib. & ibi Alua. antè eum col. 3.

Vigesimo tertiò, quod indicium plerunque à

citatione incipit, ut hic & in §. fi. insti. de pœna te.lit. quandoque à lit. cont. l. amplius non petitum .ff. rem rat. hab. secundum subiectam materiam l. si uno .ff. loca. dicit tamen Soci. in l. cum fundus in prin. ff. si cer. pet. quod regulariter incipit à lit. cont. ego uero dubito, per tex. in d. §. fi. ideo Bal. uidendus est quoque in l. clericus C. de ep. & cle. & quæ not. in §. fi. in auth. in med. lit. &c. Ferrarien. plene in rub. C. de in ius uo. col. 1.

Vigesimo quarto dicit Abb. alibi quanquam Gubernator sit maior potestate Viterbij, qui ibi præsidis loco est, quod non tamen potest sine rationabili causa extra here, captum de manibus ipsius, quandoquidem præuentioni sit locus inter eos, consi. 24. col. fi. uol. 1.

Et Ro. (Vigesimo quinto) quod appellatioue pendente nil nouandum est, nec nouum iudicium deduci potest super eo, super quo appellatio pendet, consi. 249. col. 2. & facit quod habetur in rub. nil no. ap. pend. & in l. appellatione C. de ap.

Vigesimo sexto, quòd per citationem, à Iudice delegato factam, negotium captum dicitur quantum ad perpetuandam iurisdictionem & ut plenius ex multis not. etiam Corn. consi. 15 col. 2. uol. 3. & infra latius ad fi. lecturæ huius legis, si tibi uidebitur, lege.

Vlpianus:

Si Iudex; *Si Vasallus mortuo domino, intra annum non petierit renouationem inuestiture, priuatur feudo c. i. quæ fu. pri. cau. benef. amit' in usib. nisi & ipse quoque intra annum adhuc mortuus fuisset, quia tunc, integrum haberet annum, ex quo tempore currit ut hic est argumentum & in l. & ideo, ad fi. ff. de uer. ob. hæcq; fuit opi. Iac. Ardizo. in rub. quib. mo. feu. acqui. Io. And. in §. quoniam, uer. 27; de feu. nonnihil glo. in c. i. quo tempo. mil. ubi etiam Iaco. de bel. Nicol. de Neapo. & Alua. in usib: Cur. fusius in tracta. feudo. in 4. par. q. 23. col. 3.*

Secundo, quia subrogatum, sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur l. si eum §. qui iniuriarum ff. si quis cau. §. fuerat insti. de actio. c. ecclesia ut lite pen. non mirum est si unus Iudex. subrogatus loco alterius censetur in iudicandi mynisterio astrictus per omnia, ex eisdem modificationibus, quibus erat etiam primus, ut hic pulchre Feli. in c. cum accessissent col. 8. de consti.

Modestinus.

Non uidetur; *Non ab re hic per solam comparitionem, & petitionem libelli, prorogatio facta non uidetur ut hic, ex quo petit reus, ut deliberet, nunquid uelit cedere, uel contendere. l.i. ff. de eden. dixi late ego in l.edita. C. de eden. & in c. significantibus de lib.ob & hanc rationem in spẽ tradit Bart. hic, & in l. si conuenerit col.2. ff. de iu.o.iud.*

Secundo dico, quod licet opponatur, exceptio incompetentiæ, non propterea opponens in Iudicem consensit. l. si quis ex aliena supra eo. quia actus agentium non operantur ultra eorum intentionem. l. non omnis. ff. si cer. pet. Inductaq; ad unum effectum, alium non operantur. l. legata inutiliter. ff. de adi.lega. & quia id facit ex necessitate, ut seruet ordinẽ iuris, actusq; necessitatis consensum non inducit, ut hic, Bal. in l. fi. ad fi. C. de iud. Cogita tamen quod alibi consensus est, l. si mulier. §. si metu. ff. quod met. cau. nisi respondeamus, improprie, id uerum esse, ex quo tunc, quis potius pati, quam agere dicitur. c. sacris extra eo.

Tertio, quod actor non tenetur mittere copiam libelli reo, cum citatorio, estq; sententia communis, sed sufficit quod citetur ad respondẽdum de iure super contentis in eo, ut hic & plene not. in c. i. de lib. ob. late Ias. in rub. C. de eden. ubi etiam Ferrarien. col. 2.

Quarto, quod conuentus coram Iudice non suo, si petat sibi caueri de refundendis expen. ut in auth. generaliter. C. de ep. & cle. non propterea consentit in Iudicem, quominus iudicium possit declinari, ut ex multis (declarando quoq; quod hic dicitur) tradit Capel. Tholosa. q. 180.

Iabolenus.

Non quemadmodum; *Ex quo nemo sine actione experitur. l. si pupilli. §. uideamus. ff. de nego. gest. proditum est, Iudicem iudicare non posse, de obligatione futura, uel conditionali; ut hic, & inde dicimus etiam quod tractus futuri temporis non spectat ad Iudicem ut hic rursũ habetur, & in l. i. in §. i. ff. de usu. late Bal. in l. i. col. 3. C. de sen. quæ si. cer. quantita. Gui. papa. consi. 90. col. 2.*

Singulare dictum tamen (& secundo) est, quanquam (ut diximus) nemo sine actione experiatur, nec possit peti, quod sub conditione debetur, quod tamen peti poterit, & agi, si speretur actio, in ipsa litis contestatione. l. titius. ff. de uer. ob. c. raynaldus de testa. Corse. in sing. suis. libellus in quo.

Tertio dicit etiã Ancha. quod super eo, quod est uariabile & incertum, pro futuro tempore, certum arbitrium fieri nõ potest & bene, ut hic,

& in l. precia rerum. ff. ad legem fal. con. 383, col. i.

Et Bal. alibi (Quarto) quod quando habitus est in potentia, quod interim omnino agitur in auth. qui rem col. 3. C. de sacrosanc. ec. & nimirum quia è contra si priuatio alias ipsa, in potentia sit, & habitus in actu, tunc interim agetur. l. pure in prin. ff. de exceptio. doli. idem Bal. ubi supra qui ex prædictis pulchram etiam determinat. q. dic ut per eum.

Quinto, ad idem Io. And. in c. sicut col. i. de uer. si. in 6, quod iudicia non stant in suspenso & pendenti, estq; argumentum in l. fi. ad fi. ff. communia predio. dixi ego, in c. quod in dubijs de renun.

Potest nihilominus (& sexto) quando certum est, aliquem uulneratum moriturum, ante quam moriatur, de homicidio, accusari, de iure, aliàs nõ, si municipale ius fuerit, ut hic per Bal. cuius dictum sequitur etiam Ro. in l. damni in §. Sabini col. 2. ff. de dam. inf.

Septimo adhuc dico, quodq; mere, de futuro sunt, non spectant ad Iudicem, sed bene, si de futuro sint, dependentiam tamẽ habeant de præsenti, ita Bar. in l. i. col. 2, C. de sen. quæ si. cer. quan. & in l. in lege in §. i. col. 2. ff. ad legem aquil. Odof. in l. i. per illum tex. ubi exemplũ col. 2. C. de fideicom.

Octauo hinc consuluit Alex. quod in diuisione iudicialiter facta per sententiam non uenit in ea ius, seu fideicommissum futurum, consi. 208. col. i. & fi. uol. 6.

Nono, quod idem in arbitris dicendum est, ut de futuris in eos compromitti nõ possit. l. de his ff. de arb. Ro. consi. 108. col. i.

Decimo, quod iudicium non potest incohari, super eo, quod nondum est in rerum natura, inquit idem Ro. consi. 294. ad fi.

Calistratus.

Si de ui; *Mirabile dictu est, quod possidens possit agere reali, pro incorporalibus, ex quo nec ratio ordinis, uel contrarietatis, obstabit, ad limitationem eorum quæ hic dicuntur, & in l. incerti. C. de interdic. Flo. pulchre per illũ tex. in l. sicuti, in §. sed si quæratur. in prin. ff. si serui. uend.*

Secundo certum est, quod exceptio proprietatis & dominij, non admittitur contra agentẽ interdicto recuperandæ ut hic, & in l. ordinarij C. de rei uend. & in l. si quis a se fundum. C. ad legem Iul. de ui. & in c. ex conquestione de resti. spol. & tamen nemo est qui ius potentius habeat, retinendi, quam ille, qui dominium aut proprietatem prætendit, quandoquidem cæteris

præferatur.l.bona fides.ff. depo.l. pe.ff de pub. non alia ratione nisi quia interdicti priuilegium est,& Spolij odium,ut in iuribus præallega.not. Alex.consi.78.col.i.uol.3.

Tertio quod regulariter iudicia possessoria quæ ordinantur ad causam proprietatis, ex sui natura precedere debent,ut dictum est proxime, & nouissime declarat Bald. in c. pastoralis, in euidential. de cau. po. & prop.

Quarto,quod ideo petitorium & possessoriũ cumulari non possunt hic, & in iuribus supra allega. quia cumulans esset sibi contrarius,ergo si se inuicem compatiantur secus, ut not.in l.naturaliter in.§. nihil commune ff.de acq. poß. quod quidem,quomodo cognoscatur, pulchre declarat idem Bal.in c.cum dilectus nu.3. cod. tit. de cau.po.& prop.

Quinto si opponens exceptionem dominij, in posseß. retinende, uelit incontinenti probare, admittendus est, secundum glo. hic, & male, eamque reprobant docto. in c. audita de resti. spol. ueraq; est, in interdicto adipiscendæ l. fi. C. quo bo. idem Bal. in c. i. nu. 3. & in c. in literis nu. 2. eo ti. multa Dy. in c. qui ad agendum de regu. Iu. in 6. latissime Boer. decisio. 238. col. i. & 2. par. 2. pulchre Iamb. de rampon. hic.

Lucius

Lucius rufinus :

Quod legatur ; *Vbi non est actũ qđ res tradatur in certo loco, uidetur esse actum quod tradatur in loco ubi de iure peteretur in iudicio, ut hic, & in l. fi. ff. de tritica. & not. in l. uinum. ff. si cer. pet. & in l. itẽ illa ubi Bar. col. 3. ff. de consti. pe. quod tamẽ uerum est, quando aliquid in genere debebatur secus uero si in specie, & ideo si promitterẽ tibi dare decem amphoras uini Paduani, uel Vicentini, forem obligatas tibi illud dare, Paduæ uel Vincentiæ ut hic rursum legitur, ex quo non in genere uinum promissum est, sed in specie, & ita potest intelligi tex. in l. ratio in §. fi. ff. de ac. emp. late Alex. in d. l. uinum col. i.*

Paulus.

Cum furiosus ; *Sicuti enim uidemus, quod furiosus habens dilucida interualla, potest esse Iudex, licet non arbiter, ut hic not. ita minor XXV. ann. & furiosus, possunt dari tutores, sed ad ministrare non poterũt nisi cum primum ille ad legitimam ætatem, iste uero ad sanos peruenerit mores. Vel (quo ad furiosum) dicamus, quod alius poterit dari tutor*

non autem ueniet legitimus l. si quis sub conditione ff. de testa. tu. & quod tutor esse desinet furioso perueniente ad sanos mores uel si habuerit dilucida interualla. & sic tutor datus inhabilis, sub conditione datus uidetur, cum erit habilis, argumentum insti. qui testa. tu. da. po. in prin. & ibi Por. & in l. cum hereditas in §. si furiosus ff. de testa. tu.

Secundo dicit Bar. quod iudex cui est oppositum hoc, furor scilicet nec in principali cognoscit, nec super incidenti in l. 2. col. 3. ff. si quis in ius uo. non ie.

Tertio quod sicuti iurisdictio, queritur ignoranti, ita eidem aufertur, ita Bal. per istum tex. in not. q. in l. mandatum col. pe. C. manda.

Paulus

Non quicquid; *Licet iudex possit statuere terminum partibus, ad producenda omnia, quibus in causa sunt usuræ usq; ad conclusionem in causa hoc tamen facere non debet, ut hic & in c. aliud 11. q. i. not. in cle. sæpe de uer. si. ubi glo. in uer. partes ad fi.*

Secundo pars arrestatur de mandato domini auditoris, ad respondendum certis interrogationibus, non dispositiue datis, illicentiata de curia recedit, dubitabatur alias an propter con-

temptum, ex officio saltim posset ex communicari, et fuit alias conclusum quod sic, sed quod melius esset supersedere, quia non omnia quæ Iudicis potestati permittuntur, iuris necessitati subiiciuntur, ita Rota decisio. 31. ad fi. in nouis.

Plus ad prioris dicti propositum dicebat alia glo. reputata singularis in §. quia uero in auth. de testi. (et Tertio) quod Iudex etiam post cõclusionem in causa post facere interrogationes, non solum ad dubiam probationem declarandã uerum etiam ad fundandam intentionem aduersarii et bene l. ubicunque. ff. de interroga. ac. l. generaliter §. i. C. de reb: cre. l. i. ff. de iu. o. iud. sed quod non cogitur ut hic, But. & Imo. in c. i. de iudi. & in. c. cum causam de iura cal. Bal. in l. ampliorem col. 2. C. de ap. latissime Ias. in l. admonendi in rep. col. 29. ff. de iure Iu.

Quarto similiter dicendum est, quod quanquam posit iudex agentem repellere sine actione l. ubi pactum & ibi Pau. Cast. not. col. fi. C. de transac. non tamen tenebitur in sindicatu, si hoc non fecerit ut hic tradit Ange. in l. Iustitia in §. iuris præcepta. ff. de iusti. et iu. multa Deci. in c. adhæc in prin. de ap. ubi inducit ad fi. tex. istum, quem cauillat hic Deci. frater, et est uera inductio, quod bene uerum est munus

udicandi, fore neceſſarium l. munerum §. iudicandi neceßitas ff. de mune. et ho. l. i. ubi glo: ff. de iu. o. iud. ſed non ſemper & omni caſu, ut ſupra & not. etiam in c. ut debitus de ap. idem Deci. in d. l. i. col. 3. & 4. ubi prius Bar. in 2. Seyſel. in l. moribus in prin. ff. de uulga. & pupil. ſub. propter uerbum poteſt hic poſitum, quod necesſitatem non importat, ut etiam inquit Alex. conſi. 212. col. 2. uol. 6. Corn. conſi. 183. col. i. uol. 4. & conſi. 175. col. 2. uol. 3.

Quinto, quod iudex non dicitur grauare partem, terminum non præfigendo appellanti, ex quo in mera eius eſt facultate, ut hic, & in d. c. adhec & ibi not. in prin.

Sexto, quod licet iudex rurſum ſalarium tutori conſtituere poſſit non tamen cogitur, l. i. §. ſi pupillus ff. de tute. & ra. diſtra. l. tutoribus §. fi. ubi glo. & Bar. ff. de admi. tu. Bal. in l. ſumptus C. eo. idem Bar. in l. in eos ff. de tutel. Corn. conſi. 62. col. fi. uol. 4.

Qui dicit etiam (& Septimo) quod quamuis conſtitutio concedat poteſtatem cogendi, iudici, non tamẽ ſibi necesſitatem imponit ut cogat, ſi nolit, conſi. 97. col. fi. eo. lib.

Et conſi. 207. (Octauo) col. 2. eo. lib. quod quamuis iudex adhuc poßit arbitrari quantitatem intereſſe in caſu de quo ibi non tamen ad

hoc cogi. arctariq; potest.

Nono, dico, quod alibi actus detentionis rei, committitur arbitrio iudicis si uelit, non quod cogatur, imò quod ex aliqua iusta causa poterit etiā sub fideiussoribus relaxari. l. i. ff. de custo. reo. multa Pau. Cast.. consi. 328. col. 2. uol. 2.

Decimo, quod executor ad beneficia assumit partes iudicis, si uelit, alias non, ut ad longum tradit Feli. in c. dudum col. 6. de præsump.

Paulus.

In omnibus; *Quod debitor conditionalis, uel in diem ante conditionis euentum, uel diei, cauere cogatur, ex iusta aliqua causa, non est dubitandum ut hic, sed dico (ut adhuc not. hic) quod arbitrio iudicis, relinquetur, quæ iusta causa sit, quod ad longum ponit Seue. in tracta. de debito. fugi. in 3. q. col. i.*

Secundo dico, quod licet regulariter conuentus suo nomine, non teneatur satisdare de iudicato soluendo, tenebitur tamen propter suspitionem fugæ qua uidetur se posuisse, in hanc satisdandi necessitatem, ut idem Seue. ait in loco præalleg. q. 9. col. 2. sumpto argumento ex his quæ dicuntur hic et in l. si debitori supra eo:

ti. lamb. de rampo. hic ad fi. ante eum

Tertio, quanquam de præsentibus cauendũ non sit l. dedi in prin. ff. de cond. ob cau. sed de futuris ut hic, quod non propterea dicendum est, quod, tractus futuri temporis spectet ad iudicem l. i. §. i. ff. de usu. ex quo hoc idem locũ habet & uerum est, si quidem res petatur, non si cautio, qua debetur, quia tunc competit ad cautelam futurorum, ita Bal. in l. i. col. 3. C. de sen. quæ si. cer. quanti.

Quarto. quod cautionem de qua hic, Iudex ex causa præstari facit, debitori, in diem uel sub conditione, in contractibus bonefidei, non stricti iuris, ut sensit Bal. consi. 175. col. 2. uol. 3. late Ias. in §. actionum nu. 64 insti. de actio. nisi eã prestare sit ipsi debitori facile quia tunc teneretur etiam in his ut ibi, tamen aduertendũ est, quia communis conclusio se habet, quod teneatur distinctione non habita ut per Alex. in l. 2. col. 4. ff. sol. mat. Lup. in c. per uestras in §. 30. amplia. 9. Ferrarien. in l. siue apud acta col. 5. C. de transac.

Quinto quod licet uerbum cautio prolatum à lege uerificetur in promissione nuda, ut plene habetur in l. sancimus. C. de uer. si. si mandat tamen caueri causa cognita uel si persona debitori sit suspecta, tunc cum fideiussore intelligetur, ut hic, declarat Ias. & bene post alios in

in d. l. sancimus in prin. Ro. in l. si finita in §. eleganter col. 2. ff. de dam. inf.

Sexto, si relicta sint alimenta uxori, eo casu tamen quo ea percipiebat auctoritate propria, quod cautionem præstare non tenebitur, de utendo & fruendo arbitrio boni uiri, & hoc quia non præstatur nisi in casibus à iure expressis. d. l. sancimus, C. de uer. si. tamen si esset suspecta aliqua de causa, tunc teneretur ut hic, latius Paul. de monte pi. in l. titia in §. titia col. 78. ff. de lega. 2. & Bal. ante eum consi. 175. col. 2. uol. 1.

Septimo quod triplex est præstatio satisdationis, una ratione usufructus, & quidem pro forma, & ista fit à quocunque, quanquam idoneo l. 1. C. de usuf. alia est quæ fit ex expressa ordinatione legis & idem quod in prima seruatur, ut toto ti. ff. ut lega. no. ca. tertia extra ordinaria, ex emergentibus causis, & (ut ita dicam) ex uariis rerum figuris, & hoc in omnibus iudiciis locũ habet ut supra, nouissime idem Bal. in præalleg. consi. 175. col. 2. uol. 3.

Octauo duo erant rei debendi, insolidum obligati, egi contra unum, exceptionem opposuit, egi contra alium, soluit, eiq; actiones cessi contra primum, captus est, ad cessionarij istius instantiam, iterum opponit, si exceptio est manifeste frustratoria, captura tenebit, si iuridica non, si

dubium, tunc fideiussoribus relaxabitur, de redeundo ad carceres, si exceptionem reprobari contingat, ut hic, & in l. senatus. ff. de offic. præsid. & in l. diuus. ff. de peti. he. de quo tamen Bal. in l. per diuersas col. pen. C. manda.

Nono, quod ita demum habet locum, quod hic dicitur, si causa superueniat post obligationẽ contractam, alias non. l. fi. C. de sponsal. l. si is à quo. ff. ut in po. lega. Pau. Cast. in pulchro casu consi. 207. col. i. uol. 1.

Decimo, quod quamuis Iudex quoad exercitium iurisdictionis sit incompetens, tempore feriato. l. dies festos. C. de fer. sit tamen competens ad committendum capturam suspecti de fuga, ut hic not. & nimirum quidem quia si priuato concessum est hac ratione. l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in frau. cred. eadem & multo quidem magis, concedi debet Iudici Ordinariam iurisd. habenti auth. multo magis. C. de sacrosanc. ec. tradunt Ferrarien. in specie, in l. 2. col. 3. ff. de iu. o. iud.

Paulus.

Si uxor; *Licet quo ad dotis exactionem, attendatur locus domicilii mariti. l. exigere dotem. infra eo. & ibi dicemus, hoc idem tamen declarandum est, si uxor moriatur, &*

nulla culpa posſit marito, imputari, alias atten detur locus ubi erat tempore culpæ commiſſæ, ut Iaſ. Seue. purpu. & alii declarant, ſic. d. l. exigere limitantes, ſumpto argumēto etiam ex tex. iſto, in l. cunctos populos, ubi & nos aliqua. C. de ſumma trini. & ſi catho.

Secundo etiam dico, ſi Romæ matrimonium contractum ſit, ibiq; dos data, & ſecutum quoque diuortium quod maritus, non habebit priuilegium, & ius reuocandi domum, ibiq; poterit conueniri, pro ut ſenſiſſe uidetur, Bal. nouel. in tracta. de dote, in 9. par. Sp. 19. ad fi. & originaliter Ang. hic, cætera dicam in d l. exigere, ſi quæ tamen pro tempore ſuccurrerint.

Paulus.

Eum qui inſulam; *Sicuti per titulum de eo quod cer. lo. prouidetur quando aliquid eſt dandum certo loco, & non datur, ut actio fiat arbitraria. l. i. & ibi not. ff. eo. ita prouidetur hic quando aliquid erat faciēdum, & dictu mirabile eſt, quia alias in obligationibus facti, ſuccedit obligatio ad intereſſe, nō in obligationibus dandi. l. ſi quis ab alio. §. fi. de re iud. l. ſtipulationes non diuiduntur, uer. Celſus. ff. de uer. obl. l. quotiens & ibi Flo. ff. de ſeruitu. eſt uerum, quantum ad more purgatiō*

nem, quod æquiparantur, ut tradit Bar. in l. cõtinuus in §. item qui insulam in princ. ff. de uerb. obl.

Paulus.

Non idcirco; *Quando sententia tangit plures, quod quo ad unum possit pronuntiari, & quoad alium, siue alios iudiciũ differri, ut hic dicitur, probatur etiam in c. cũ i. & A. & ibi Bal. signanter col. i. de re iud.*

Secundo dictu mirum uidetur, quod sententia cum uno lata, alteri nec prosit nec noceat, & si iudicium rursus, cum uno pendeat, quod nec pendeat, cum alio, ut hic, & in l. si quis cum totum in §. & generaliter. ff. de excep. rei iud. & in l. circa. ff. de inoffi. testa. & tamen appellatio unius alteri prodest. c. una sententia de ap. sed admiratio cesset, quoniam quod hic dicitur, uerum est in causa principali, illud uero in appellatione, in qua coniunctio processuũ illud operatur, primi scilicet, & appellatorii, & fusius ut ibi idem Bal. declarat col. i. & bene.

Tertio uidemus etiam, quod rescriptum, siue beneficium, uni collatum, extenditur ad consortes l. si is qui duas. ff. de libe. lega. et tamen in sententia secus ut hic & in l. in iudicio ff. fam. her. & ut proxime dictum est, forte quia in re

ſcripto de modico agitur preiudicio, in ſententia autem de magno, & ut per eundem Bald. in l. i: ad fi. C. de diuer. reſcrip.

Quarto dicit etiam Bar. ad propoſitum quod ſententia lata ſuper una cauſa, & ſine actione, & non ſuper cumulata, uel è contra ob id non uiciatur in l. edita col. 9. C. de eden. ubi & nos multa, & alij, Feli. in c. cum inter colũ. 4. de re iud.

Quinto ſi duo agant, & appareat ex proceſſu, quod uni, & non duobus competat ius agendi, quod obtinet ille qui probat de iure ſuo, ex quo iudicium perſonarum reſpectu, eſt diuiduũ, ut hic & in l. de uno quoque ff. de re iud. Alex. conſi. 44. nu. 4. uol. 7.

Sexto, quod cum uno ex correis poteſt iudicari per iudicem & contra alium ſuperſederi ut in pulchro caſu tradit idem alex. conſi. 64. ad fi eo lib. per d. iura formaliter hic, & in d. l. de uno quoque, cum ibi not. in prin. & Pau. Caſt. conſi. 341. col. 2. uol. 2.

Si cauſa quoque (& Septimo) fuerit incohata, contra duos, & contra unum, qui comparuit, & litem proſecutus eſt, ſententia lata ualebit, ut plene oſtendit Deci. conſi. 295. in prin. uol. 2.

Octauo, quod ſeruus & Monachus non patiuntur executionem in cauſa iudicati, ut hic, in

§. cum poſtea & in l.i.C. qui bo. ced. po. hoc eſt quod carcerentur, ſi nolint cedere bonis, ut alii l. cum et filii C. eo. qui bo. ced. po. et hoc ideo, quia non obligantur ex ſententia, Niſi Monachus haberet adminiſtrationem, ex quo tunc haberetur loco filij emancipati c. quod quibuſdam de fideiuſſo. Bal. in l. ſi filio col. 2. ff. ſol. mat.

Paulus:

Argentarium; *Sicuti emancipatio porrigit effectum ſuum in omni loco l. i. C. de emancip. lib. ita etiam facit ſententia ut hic, & tradit Ancha. in rep. c. Canonum ſtatuta col. 160. & 161. de conſtitutio.*

Caliſtratus.

Obſeruandum; *Licet Iudex ille, præſtandus non ſit, quem poſtulat aduerſarius, ut hic dicitur, ſecus eſt tamen in feudo, ſi lis ſit inter dominum, & Vaſallum, quoniam tunc eligere poſſunt ex paribus curiæ quos uoluerint ad iudicandum inter ipſos, ut per glo. in c. i. de controuer. inueſti. in uſib. et maxime (ut ſubiicit) quia hic loquitur I.Con. quãdo altera pars ignorabat, ibi uero, quando utraq;*

cõsentiebat, argumentum in l. generaliter ad fi. C. de ep' & cle. & in l. si diuersa .C. de transac.

Secundo dico, probari hic quod stilus seruandus est, ut etiam dicitur in c. quam graui de cri. fal: & in l. i. & ibi Bar. C. quæ sit lon. consue. Corn. in not. casu consi. 141. col.i. uol.3.

Imò (& Tertio) quod seruandus est etiam si sit contra ius ut not. Ange. in l. fi. C. de iniur. multa Alex. consi. 240. col. i. uol. 6. deq; stilo fori & consuetudinis intelligi debet l. præses l. si de interpretatione .ff. de legi. tamet si Pet. de Bella pert. & Bar. post eum, in d.l.i. nu. 9. differentiam faciant inter unum & aliud. C. quæ sit lon. consue. & bene quo ad quid, ut not. in l. de quib. ff. de legi. Io. fab. in §. ex non scripto col. i. insti. de iu. natu. Boer. late consi. 8. col. i. & 3. latißime nos de stilo in d. c. quam graui, in Dialogis nu. 11. lib. i.

Paulus.

Pars literarum; *Quãuis magistratus durante officio non posit cõueniri ut hic & in l. nec magistratibus .ff. de iureiu. et in l. 2. ff. de in ius uo. attamen si delinquat, in concernentibus ipsum officium, puta quia uenalem proferat sententiam, tunc non modo conue-*

niri, uerum etiam conuictus puniri poterit, ut hic rursum not. & est glo. in l. iubemus. C. ad legem iul. rep. per quam ita etiam dixit Ro. con si. 415. ad fi.

Secundo posset conueniri quoque quando actio esset tempore peritura, ut sentit Saly. in d. l. iubemus. & not. alias in l. i. ff. de offi. eius cui man. est iu.

Tertio dico, quod prætori, non potest nouũ opus nunciari, ex quo per indirectum ædificans traheretur in ius cum tamen directe (ut dixi) uocari non posit, ut in l. de pupillo in. §. si quis ipsi prætori, & ibi Ro. col. 3. ff. de no. op. nun. & facit quod habetur in regu. eum qui de regu. iu. in 6.

Quarto quod si præses, sua culpa remotus fuerit, nulla uero assessori, posit imputari, quod ipsi integrum debebit solui salarium, ut no. in l. diem functo. ff. de offi. assesso.

Quinto quod officium & iurisdictio, sunt idem, ut hic, ubi durante officio, intelligitur. i. iurisdictione, & idem in l. 4. in §. in eum. ff. de admĩ. re. ad ci. pert. de quo tamẽ late post Bar. Ferrarien. in l. i. col. xi. ff. de iu. o. Iud.

Paulus.

Venditor; *Licet alias, unus heres tradat speciem communem, nõ tamen potest*

transferre dominium portionis coheredum in accipientem. l. id quod nostrum. ff. de reg. iu. l. fi. ff. de pac. nisi factus fuisset tradens procurator in rem suam, quia tunc secus ut hic, tradit Bologni. in l. 4. in §. cato nu. 46. ff. de uer. oblig.

Secundo ad materiam dico, quod uenditor clericus, tenetur defendere rem uenditam laico in foro seculari, de quo tamen per glo. in c. clericum. 11. q. i. late Moder. hispa in c. si uendito ri, col. 8. & 9. de emp. & uend. Nonnihil Bal. hic, latissime Grammat. decisio. 21. nu. i. 2. & 3. & Corn. ante istos pulchre consi. 79. colum. 4. uol. 4.

Tertio (& ferè ad idem) quod defensor, tenetur semper sequi forum eius, quem defendit, ut in hospitali, cui alimenta relicta sint, & cuius rector, cum loco tutoris uel curatoris habeatur, pauperesq́; defendere teneatur quod eorũ iudices sequi tenetur, ut ex multis quoque ostẽdit Pau. Cast. consi. 350. col. i. uol. i.

Quarto si delegatus moriatur ciuiliter, uel naturaliter, re non integra, precesseritq́; citatio, non expirabit iurisdictio, iam per ipsam citationem perpetuata; ut hic ad fi. & in c. gratũ, & in c. si delegatus, de offi. del. & in l. & quia ff. de iurisd. o. iud. Bar. in tracta. iuris. col. 6.

Vlpianus.

Si fideicommissum; *Quod obligatio personalis non sequatur fundum, ut hic in §. i. tradit etiam Bal. in pulchro casu consi. 149. col. 3. uol. i. Alias fideicommissaria hereditatis petitio, intentanda est, ubi est maior pars bonorum, ut hic rursum dicitur in prin. usque adeo ut non referat, licet una res hereditaria & ex petitis sit extra territorium Iudicis ex quo non debet continentia causæ diuidi l. nulli. C. de Iudi. Corn. consi. 207. col. 2. uol. i. & ibi etiam fieri debet, ubi est scilicet, maior pars hereditatis, & facultatum testatoris, solutio quantitatis relictæ filiæ pro ea maritanda, inquit idem Corn. consi. 244. col. fi. uol. 3.*

Secundo dico, quod tutor simpliciter datus à suo Iudice, pupillo habenti bona in diuersis territorijs, censebitur datus etiam ad bona territorij, iudicis non subiecti. l. propter lites §. licet ff. de excu. tu. l. 2. C. eo. tit. & nimirum quia sententia, principaliter dirigitur in personam, in cuius consequentiam, ueniunt etiam bona alterius territorii, ut hic, & cum tutor quoque detur principaliter personæ, & non rei. l. in copulandis. C. de nup. l. quia personæ. ff. de test. tu. §. certe insti. de tutel. Ro. consi. 39. nu. 8. De-

ci.

ci.consi.207.col.2.uol.2.

Tertio, quod locorum diuersitas non arguit patrimonii diuersitatem, in priuato, usque adeo ut ius accrescendi quoque locum habeat, etiam quod sint diuersa patrimonia testatoris, in quibus facte sint institutiones, & in priuato dixi; quia in milite forte secus l. i. C. de mili. testa. l. si certarum. §. Iulianus. ff. eo. Ro. met. consi. 80. col. i.

Quarto quod quelibet obligatio personalis, siue ad pecuniã siue ad aliam rem, respicit non tantum rem debitam, sed totum patrimoniũ, inquit Bar. in l. singularia, nu. 16. ubi & nos aliqua. ff. si cer. pet.

Et alibi Corn. consi. 49. col. pe. uol. 3. (& Quinto loco) quod nomina debitorum non clauduntur loco seu non circumscribuntur, ut dixi ego in d. l. singularia, & ideo hinc dicebat etiã Bertran. si dono tibi id quod ego habeo parisius actiones personales non continentur quia locus non circũscribit illa incorporalissima consi. 74. nu. 3. & 9. uol. 2. de quo etiam in l. gaius in prin. ff. de leg. 2. & in l. fi. C. de præscri. lon. temp. & in l. uxorẽ in §. legauerat & ibi Bar. ff. de leg. 3. Cor. cõ. 161. col. 2. uol. i. & cõ. 322. col i uol. 4

Sexto, quod nomina debitorum, non sunt localia circumscriptiue, (ut dixi) sed bene per effectum exactionis, quod nil aliud considerat

lex argumentum in l. nomen filiarum in §. habere ff. de uer. si. idem Bertran. consi. 105. nu. 13. eo. lib. ante eum Alex. ubi exemplum consi. 16. in fi. uol. i.

Septimo quod licet genus non sit in bonis alicuius, & consequenter dici non possit deberi de bonis testatoris, quia tamen creditum uniuersum patrimonium debitoris, concernere censetur, ut hic, large loquendo dici potest, quod petatur de bonis debitoris, ita Corn. consi. 53. in fi. uol. i.

Et hoc est quod dicit etiam Imo. (et Octauo) consi. 35. col. 6. & 8. quod æs alienum concernit uniuersum patrimonium, & non facultates certi loci. & Corn. consi. 265. col. 3. uol. i. & consi. 291. col. i. eo. lib. & consi. 289. col. 2. uol. 4. ubi hãc attestatur communem opi.

Nono quia pactum non afficit singularẽ successorem, ut hic, & in l. creditores C. de pigno. missio in possessionem, contra tertios possessores concedi non debet, ut inquit Iac. But. & Bar. in d. l. creditores, post glo. ibidem. & Gui. Papa consi. 79. col. 2.

Decimo si hæres priuilegium haberet non soluendi legata, in certo loco, ibi autem unum soluerit, sibi præiudicabit quia in d. loco, ad cætera etiam soluenda tenebitur, ut hic & declarat Ange. in l. i. C. de fideicom. & priuilegium dixi

quia

quia secus de iure, ut in tempore nanque soluere non tenebatur heres, nisi certo tempore, & si soluerit unum ante, quo ad alia sibi non praeiudicabit, de tempore ad locum ualet argumentum l. uinum .ff. si cer. pet. ergo, certumque est priuilegium facilius tolli quam ius commune l. eius militis .§. qui militia missus .ff. de mil. testa. & ad propositum temporis probatur in l. Lucius in .§. testator.ff. de lega. 2.

Vndecimo, inuestitus de castro cum pertinentijs suis, intelligitur inuestitus de toto territorio .l. i. .§. cum urbem ff. de offi. praef. urb. glo. in c. cum ad sedem, de resti. spo. Bal. in c. i. col. 2. de cap. qui cu. uen. in usib. Ias. in l. quo minus q. 20. ff. de flu.

Duodecimo, dicit etiam Iacob. de bel. & Nicol. de neap. in c. i. in .§. Vasallus si de feu. fue. con. int. do. & a. in usibus quos refert & sequitur Cur. collega in tract. feu. in 2. par. q. 6. quòd Vasallus, qui longo tempore seruitium praestiterit, praesumitur de toto patrimonio praestitisse, ita ut teneatur, si caeperit negare, demonstrare rē, cuius causa praestitit, & ut per eos fusius.

Decimo tertio Ro. quod si sententia dirigatur principaliter in personam, ueniunt etiam in consequentiam bona alterius territorij, consi. 39. col. fi. idemq; Nel. de banni. in i. par. 2. tēpo. q. 17. col. i.

Vlpianus.

Sed & si susceperit; *Qui approbat Iudicem perdit declinatoriam Iudicis, sed non alias declinatorias fori nisi procedat ad actum, qui non compatiatur secum aliquam declinatoriam, ut hic, ubi not. quod qui consentit in iudicem eius iurisdictionem prorogando, non simplici prorogatione, sed faciendo alium actum coram ipso non poterit, etiam quod lis contestata non sit, penitere, & dictum annotatu dignum, hancq; legem singularem ad idem, post Bar. hic, exclamat Bal. in c. exceptionem nu. 4. de excep. Multa Feli. in c. inter monasterium col. 6. de re Iud.*

Dicit etiam Bar. (& Secundo) quod proponens alias exceptiones præter eam, quæ est iudicis incompetentis in iudicem consentire uidetur, & non ab re, quia uelle uidetur ut super eis pronunciet in l. si conuenerit col. 2. ff. de iu. o. Iud. Pau. Cast. consi. 2. col. 2. uol. 2.

Tertio, multum refert, in his quæ in se habent naturam conditionis utrum aliquid incontinenti fiat, uel ex interuallo, ut not. in c. fi. de iura. cal. in 6. & ita dicit Bal. intelligere Legem hanc, in l. exceptionem col. 2. C. de excep.

Qui dicit etiam in l. si queramus, (& quar

to) col.i. ff. de testa. quòd si exceptio quæ debebat opponi secundo, opponatur prius, renuncians primæ renunciare uidetur, quod tamen uerum est in declinatorijs, non in peremptorijs ut not. in l. propter litem. ff. de excu. tu. idem Bal. declarat in loco præallega.

Et Corn. (Quinto) in pulchro casu, quod si inquisitus, simpliciter responderit inquisitioni, officialium communis senarum in eos tanquam iudices consensisse uidebitur, ex quo ante omnia de iudicis incompetentia opponi debet, consi. 209 nu. 5. uol. 2. in simili Pau. Cast. consi. 275. col. fi. uol. 2.

Sexto, quod tesseræ frumentariæ de quibus hic in §. i. nil aliud erant nisi signa (quod & nos alibi etiam fusius explicauimus) quæ dabãtur ciuibus, in annone caritate, à senatu, ut eisdem ostensis, sibi siue illis liberaliter annona distribueretur, de quo etiã in l. mortuo boue in §. i. ff. de lega 2. & alibi sæpe, quia etiam tesseræ erant nummariæ, unde in Augus. Trãquil. c. 40. ter in annum quaternum mensium, tesseras dare destinauit, & Iuuenal. hinc.

Summula ne pereat, qua uilis tessera uenit Frumenti. & Persi. Scabiosum tesserula far, Poßidet. Non nihil in l. 2. in §. deinde quintus Mutius ff. de ori. Iur.

Septimo, dico si staret statutum, quod extã

tibus masculis, feminæ non succedant dotatæ, & pater relictis filiabus dotatis & filiis, sic di sposuerit. Filios meos hæredes instituo, quod non propterea feminæ uenient, seu comprehen dentur, quanquam istud sit de iure l. si ita scri ptum. ff. de lega. 2. ex quo uoluntas testato ris interpretanda est, secundum morem et con suetudinem regionis ut hic, & in l. semper. ff. de reg. Iu. & in l. nummis. ff. de lega. 3. de quo tamen Ancha. in c. canonum statuta col. 273. de constitutio.

Octauo quod causa iudicatur magna & par ua secundum qualitatem personarum, ut etiam dicit Deci. consi. 289. ad fi. uol. 2. & idem in mu nere Ancha. consi. 295. col. 3. & Pau. Cast. consi. 84. col. 2. uol. 2. & consi. 186. col. 3. eo. lib. & bene l. plenum. §. equitij. ff. de usu & hab. idemq; dixerunt Moder. Bononien. in c. i. col. 12. de accusa. & Maluet. in tracta de sor. col. 14. quod in ludo scacorum licito alias, si quis magnam quantitatem pecuniarum luserit, præsumetur id facere auaritiæ & cupiditatis crimine captus, nisi sit princeps cui magna que libet quantitas parua est & rursum bene om nesq; sumpto argumento ex his, quæ de Comi tissa Matilda, hic dicitur. nouissime Alex. cō si. 103. col. 2. uol. 7. & consi. 121. col. 2. eo lib.

Et idem in enormissima lesione illata per sẽtentiam arbitratoris, quod committitur iudicantis arbitrio, considerata qualitate & quantitate rei ac causę & inspecta personæ qualitate, consi. 150. col. 2. eo. lib. declarat. simpliciter tamen dixit Bar. alibi in l. admonendi col. 11. ff. de iure iu. seruitq; ad not. in l. propter litem. ff. de excu. tuto. quod causa centum florenorum secundum aliquos reputatur parua.

Nono, quod datum coniunctę personæ, uel propter merita, in remunerationem datum uidebitur secundum eundem Bar. post multa in l. cum quid col. 2. ff. si cer. peta.

Decimo, si legetur alicui genus uel quantitas, quod in duobus locis peti poterit, ubi hæres habet domicilium(à manu hæredis enim capiuntur legata, non auctoritate propria, alias legatarius priuaretur legato l. 1. in prin. & in §. 1. ff. quorum legato.) & ubi testator habet maiorem partem fortunarum & bonorum suorum ut hic ad fi. & in l. quod legatur & in l. hæres absens, & in l. si fideicommissum in prin. supra eo. Bal. in l. cum res in prin. ff. de lega. 1.

Hermogenianus:

Vix certis; *Licet seruus non habeat legitimã personã stãdi in iudicio l. seruus*

C. de iudi. quoniam iudicia sunt de iure ciuili, ut insti. de ob. in prin. quo iure status eorum fuit anichilatus l. seruitutem l. quod attinet. ff. de regu. iu. & ut hic, habet tamen aliquo casu, præcipuusq; est si dominum crimine Simonie irretitum accuset c. tanta & ibi Abb. not. in prin. de simo.

Secundo dico, quod sicuti regulariter non permittitur seruo ut agat contra dominum ut hic rursum dicitur, non permittitur pariter Monacho, quod agat contra suũ prælatum, de quo tamen idem Abb. consi. 88. col. i. uol. i.

Est uerum (& Tertio) licet aliquo casu seruus admittatur (& est pulchra declaratio) ut supra & poßit stare in iudicio, quod tamen in persona sua non residet actio, sed iudex audit eum proponentem, & ius statuit, & ita debet intelligi quod hic dicitur, & in l. i. C. si per uim uel alio modo. Seysel in l. ex hoc iure col. 14. ff. de iusti. & iu.

Quarto, quod licet aduerbium istud, uix, de quo hic, alibi interpretetur .i. nullo modo in l. adeo in §. si cuius ibi sed uix est ut id obtineat. ff. de aqui. re. do. multa Corn. consi. 191. col. i. uol. 3. tamen hic proprie stabit quoniam se declarat I. Con. sibi aliquo casu permissum esse, & ut etiam supra dictum est,

Paulus:

Per minorem; *Si petitorium absorbeat possessorium, tunc super petitorio tantum procedendum est, utpote maiori & præiudiciali, inquit Bal. in l. ordinarii col. 4. C. de rei uend. per istum tex.*

Secundo dicit etiam Bart. ubi & nos multa in l. edita col. 6. C. de eden. quod quando actiones sic se habent, ut una ratione maioritatis, nõ admittat secum alias, cumulatio impeditur. Inde uidemus quod qualibet causa criminalis, etiã minima, est maior quacunque pecuniaria. l. in seruorum. ff. de pœn. l. nec in ea. ff. ad legem Iul. de adult. & quod prohibeatur concursus ciuilis & criminalis, ratione maioritatis, tradit idem Bar. in l. 2. in §. i. nu. i. ff. ui bo. rap. pulchre Abb. in c. i. col. 12. de mutu. peti. & in c. 2. col. pe. de lib. ob.

Tertio Corn. quod si una causa, est alteri præiudicialis, maior facit silere minorem, consi. 30. col. fi. uol. 3.

Quarto, dico ad materiam, in feudatario spoliante prædicta consideranda esse, quia si uiolentia in se habeat atrocitatem facti, puta quia feudatarium pariter expellat de castris, cum aliqua gentium multitudine, poterit præses pro-

uincia cognoſcere, ne maiori iuriſdictioni per minorem derogetur, ut habetur etiam in l. magiſteriæ. C. de iu. o. iud. de quo Bal. ad longum in l. ſi de proprietate col. 2. C. ſi a non cõp. iud. iudi. eſſe di. Qui dicit quoque (ut ſupra) quod regu. iuris eſt, per cauſam minorem non præiudicari maiori in l. i. in prin. C. ſi ex fal. inſt. & in l. cum hæreditas, col. i. C. de peti. he. & bene, ut hic, & in l. i. C. qui ac. non po. & in l. ſi quis à ſe fundum. C. ad legem iul. de ui. & in d. l. i. col. 2. C. qui ac. non po. quod cauſa maior principaliter mota primo tractanda eſt. Et col. 4. ibidem, quod ſententia lata in ciuili retractatur in criminali, ex quo iudicium criminale eſt maius. l. i. & ibi not. C. quando ciuil. ac. niſi ciuilis incidat, quia tunc derogaret criminali, utpote pars eiuſdem litis. l. præſes. C. ad legẽ faui. de plag. & col. 6. ſi accuſatus de crimine, uelit accuſatorem reaccuſare, de maiori, quod poterit & erit audiendus, ut hic & ibi.

Quinto Iudex cauſarum criminalium, de ciuili ſe intromittere non poteſt. l. ſolemus. §. latrunculator. ff. de iudi. & tamen ſi emergat ſeu incidat poterit. l. interdum. §. qui furem ff. de fur. l. defuncto. ff. de pub. iud. & quia magis dignum, & potens, trahit ad ſe minus. c. quod in dubijs, de conſecra. eccle. uel alta. argumentum in l. quotiens. C. de indi. not. in l. 2. ubi Fer

rarien.late,col.9.ff.de iu.o.iud.

Paulus.

Edictum; *Quod noua citatio sit necessaria co ram successore ut hic, firmat etiam Franc. in c.ex ratione col. 10. de ap. & Fel. in c. cum M. Ferrarien. col. 17.de consti. dixi ego in l. 2. C. de eden.*

Quanquam (secundo) dicatur hic, quod reus tribus edictis est citandus, idem tamen dici debet etiam in actore. l.properandum. §. & si qui dem. C. de iudi. forte, quia ibi actor loco rei ha beri debet, cum reus ipse, negotii expeditionem sollicitaret,

Tertio dicebat statutum ad bannum perue- niri non posse, nisi duæ emanauerint citationes, præcessor citauit semel una citatione successor altera, dicit alibi Bal. in statu. Bannum nu. 60. quod ad Bannum perueniri poterit, & idem si duabus quia nec tertia à successore desideraretur, ut hic, ex quo istud in diffinitiua procedit, nõ in interlocutoria, uel quia sic in banno prati cæ operam dantes, seruant, ut idem Bal. hic & in loco præalleg: declarat, & Inno. in c. quia V. de iudi. ad fi. & Spe. in §. fi. in uer. itẽ quæ ritur, & Arch. in c. de illicita. 14.q.3.& in c. caueant. 3. q. 8. & in c. si egrotans. 3.q.3.

Quarto quod esset magna abusio si acta facta coram predecessore non facerent fidem, coram successore, ut hic not. & in l. mortuo infra eo. Ferrarien. in l. 2. col. 6. C. de eden.

Quinto quod protestatio facta antecessori in officio non prodest corã successore, dicunt docto. repeten. in c. ex ratione, de ap. & Fel. in c. cum M. Ferrarien. col. 17. de consti.

Vlpianus:

Licet; *Quamuis iudicium agitatũ à falso procuratore possit per dominum ratificari ut hic, secus est tamen in litteris, impetratis ad lites, sine speciali mandato. c. nonnulli. §. sũt & alii, & ibi Abb. col. 2. de rescrip. & forte est d. casu speciale, in falso, commisso corã principe, inq; ipsius actus detestationem, ut per Imo. in c. ex parte, eo. tit. & Bal. in l. falsus. C. de fur. uel & fusius, ut in d. §. sunt & alij, idẽ Abb. & in l. 3. in §. falsus, per Bart. & alios ff. rem rat. hab. Boer. decisio. 281. nu. 14. par. 2.*

Secundo ad idem dico, quod si dominus ratificat rursum, tacite uel expresse gesta per falsum procuratorem, non poterit ulterius contradicere, ut hic, & in d. §. falsus. Old. consi. 329. col. pe: Bar. in l. posthumo col. 1. C. de bo. po. con. tab. Abb. in c. ex parte decani, col. 3. de

rescrip.

Qui ibidem (& Tertio) dicit quoque, post Inno. si quis sciat aliquem se gerere, pro suo procuratore in iudicio, nec contradixerit, quod sibi praeiudicabit, & ex d. taciturnitate, praesumetur, habere mandatum. l. saepe. ff. de re iud. idem Inno. in c. cum in iure peritus de offi. de. & in c. in nostra de procu. & nimirum quia par est uirtus taciti, & expressi. l. cū quid ff. si cer. pet. nec minus facto quàm uerbis declaratur, uoluntas. l. paulus. ff. rem rat. hab. l. reprehendenda. C. de insti. & sub. sub cond. fac. l. si tamen. §. ei qui. ff. rem rat. hab.

Quarto, si à principio protestaretur pars, quod non intendit litigare, cum aduersario suo, nisi quatenus mandatum legitimum habeat & sufficiens, quod tunc gesta cum falso procuratore, ratificari non possent. l. si quos. §. alieno ff. de dam. inf. & ita attestantur Veronen. se aliquando in patria obtinuisse, Caute. 15. & bene, ut protestatio aliquid operetur, quae regulariter conseruat ius protestanti. l. si debitor. §. i. ff. quib. mo. pi. uel hypo. sol. l. si quando. ff. de lega. i. c. si Papa de priui. in 6.

Quinto, si delegatus iurisdictione carebat, quae postea eidem superuenerit, quod conualidabitur ratione superuenientis potestatis, ut habetur etiam in l. i. C. qui pro sua iurisd. Io. Sil-

ui. in tracta. de benefi. par. 3. q. 9. nu. 4. ad fi. per iſtum tex.

Sexto, quod geſta in iudicio, inualida, ex defectu mandati procuratorii, ualidantur, & multo quidem magis ratificatione domini, ex quo (ut dictum eſt ſupra) etiam ſi procurator nullum habuiſſet mandatum, conualidarentur, ut hic, pulchre Bal. conſi. 498. col. 2. uol. 3.

Septimo, quod geſta per filium, non poſſunt per patrem ratificari, nec ſi ratificauerit ea, inualida, haud non conualidabuntur. l. fi. §. neceſsitate. C. de bonis q; lib. forte, quia cum filius non habeat legitimam perſonam ſtandi in iudicio, abſque patris conſenſu, & propter patriam poteſtatem, ut ibi, ipſeq; ægerit ſuo nomine temere, non æque conuenit ut ea ratificentur per patrem, quæ ſuo nomine non ſunt geſta l, ſi pupilli §. ſed ſi ego. ff. de nego. geſt. Bald. in l. i. in §. i. col. i. lectu. 2. ſi quis ius di. nõ obt. Niſi ratificet ut pote geſtum nomine filii, ut in bo. po. delata filio, ab eoq; agnita. l. i. & ibi Bar. col. 3. C. qui admi. uel fauor libertatis etiam ſit in cauſa l. i. C. de his qui à non do. ma.

Octauo, ſententia etiam nulla, confirmatione principis ualidatur, ut hic dicit Ange. Bald. ultra eum in l. reſcripta. C. de precib. Imp. offe. Inno. in c. i. de confir. uti. uel inuti. Ferrarien. late in l. more col. 6. ff. de iu. o. iud. Multa in

l. omnes populi Crot.ff. de iusti. & iu. ad intellectum.l.adoptio.ff. de adop:

Nono, quod ita demum gesta a falso procuratore domini ratificatione conualidantur, si bona fide allegetur mandatum, credens se esse procuratorem, & ita intelligitur quod hic dicitur; ergo secus si mala, & per obreptionem, argumentum in l. si quis obrepserit. ff. ad legem Corn. de fal. Bal. in l. Iulianus in ult.col. ubi refert se audiuisse Bar. ita dicentem ad istius legis intellectum pariter. ff. qui satisda. cogan. Feli. in c. nonnulli in .§. sunt & alij, col. 4.de rescri. & in simili in litteris ad lites impetratis supra dictum est, unum uerbum.

Vlpianus.

Tam ex contractibus; *Quod de iure ciuili pater non teneatur ex contractu uel delicto filii, sicuti nec dominus ex contractu serui aut delicto, ut in l. i. & toto ti. ipse uero obligetur insolidum & non alius ut hic, & in l. filiusfamilias. ff. de actio. & ob. & in l. omnem supra eo. & ibi diximus, firmat ex multis quoque Ias. in .§. actiones col. i. insti. de actio. & si diceretur forte, dubium istud esse quoniam executio in eum fieri nõ poterit nanq inanis est actio quam inopia debitoris excludit*

l. nam is .ff. de dolo. factaq; facientem non releuabit ob id l. hæc stipulatio .§. diuus .ff. ut lega. no. cauea. respondet Bar. alibi, ni bonis cesserit, quod in carcerem detrudetur in l. 3 .in .§. sed utrum ff. de mino. idemq; Ias. in loco præ allega. fusius, & ideo difficultas non impedit moram committi ut not. in l. quod te. ff. si cer. pet. & in l. continuus in .§. illud .ff. de uer. ob. & in l. si insulam .ff. eo. uel dic quod tenebitur quatenus est in peculio, quodq; pater conueniri poterit, in hoc non æquiparatus fideiussori, qui ante excußionem debitoris principaliter obligati, conueniri non potest, auth. præsente C. de fideiu. idem Bar. in l. cum filiusfamilias .ff. de uer. ob.

Secundo maxime mirandum est, quod filiusfamilias poßit contrahere, & ex contractu (ut diximus) obligetur, & tamen donare causa mortis non poßit, ideo recurre ad ea quæ dicũtur in l. 2. ubi Regien. latißime, ultra alios, ff. de lega. i. Nec etiam nouere, de quo in l. filius in .§. uoto. ff. de pollicita, Soci. in l. si filius in prin. ff. si cer. pet.

Tertio dic sicuti filius, obligatur ex contractu quod ita etiam obligetur ex quasi contractu de quo tamen Deci. in l. i. nu. 3 .C. qui admi. ad bo. po. poss. Alex. melius ante eum ibi in 2. not.

Quarto quod licet filius, ex contractibus, obligetur

obligetur ciuiliter, & naturaliter ut hic, si tamen contrahat cum patre, obligabitur naturaliter tantum, de quo alias in l. frater à fratre ff. de cond. ind. & ibi dixi.

Quinto, quod quāquam regulariter ualeat argumentum de contractibus ad delicta, ut hic & in iuribus supra alleg. & in §. fi. insti. de noxal. Ias. in l. i. col. i. C. de ser. fugi. Are. in l. eum qui in prin. ff. de acqui. he. pupillus tamen & prodigus non æquiparātur, nisi in contrahendo, in delinquendo autem non, ita Bar. in l. si curatorem habens, col. 2. C. de resti. in integ.

Sexto si filius se obligauerit, de stando certo tempore, cum aliquo artifice, paterq; uelit hāc obligationē reuocare, ut stet cum eo potius qd non poterit l. i. §. fi. & ibi not. ubi Seysel. in specie col. 2. ff. de iusti. & iure.

Est uerum etiam (Septimo) si staret statutum, promissionem filij etiam iuratam, absq; consensu patris fieri non posse, quod si facta fuisset sic non ualeret, ex quo resistit lex, & iuramentum regulatur secundū naturā actus, super quo interponitur l. fi. C. de non nume. pecu. late Alex. consi. 151. col. 2. uol. 7.

Imò (& Octauo) quod adhuc filius obligatur ciuiliter & naturaliter ex causa mutui, sed exceptione S. Con. macedoniani est tutus l. i.

ff. ad macedo. S. Con. efficaciter autem in omnibus aliis, uoto excepto ut ſupra dictum eſt, idē Soci. in d. ⸿ ſi filius. ff. ſi cer. pet. indubitatūq; id mihi uiſum eſt, quia parificantur duo, quod quis, puta ille, cui obligatus eſt, uel actionem non habeat, uel habeat, quæ exceptione poßit elidi. l. & eleganter. §. ſeruus pactionis. ff. de dolo. l. non uidetur. ff. de regu. iu. Bar. in l. ſi unus in. §. pactus col. pe. ff. de pac. dictum de uoto etiam, & nouißime, nihil eſt, quo ad cōtractus, ut aduertit prat. pap. in libel. for. in actio. rea. uer. ueris col. 3.

Nono dicit etiam Pau. Caſt. conſi. 213. col. 2. uol. 2. quod filius maior XXV. annis, integram perſonam habet, ſtandi in iudicio abſq; conſenſu patris, cum alio quam cum eo. de iure fforum.

Decimo, quod quanquam hic iudicium non tranſeat ad heredem, ex quo loquitur in defuncto, qui eum non habeat nec ſit quis ad quem tranſeat, l. ſi conſtante. §. fi. ff. ſol. ma. alibi tamen in iudicio tranſit inſtantia l. i. §. fi. ff. ſi pen. ap. mors int. l. ſi tutor. ff. de ap. Bal. poſt Cy. in l. i. ff. de fideiuſſo. tu. qui dicit etiam & bene quod eſt paſſus admodum not.

Paulus.

Iudicium soluitur; *Tametsi hic reuocetur iurisdictio, ita intelligendo uerbum istud iudicium non per hoc tamen annullatur uel impeditur actus gestus postea, p ignorantiam reuocationis, ut in legato reuocato pariter inquit & declarat Cald. consi.4.de offi.lega. col.i. quod tamen in aliquibus casibus non est uerum ideo uidenda sunt quæ congerit pulchre certe, Capel. Tholo.decisio.480.col.2.*

Secundo sciendum est, hic esse pulcherrimam declarationem ad auth. adhec .C. de iudi. quod delegans pendente etiam iudicio coram delegato, potest quandocunq; delegationem reuocare & not. in l. 2. in 4. lectu. glo. C. de eden.

Tertio, quod non ab re dicitur in l.i. in §. qui mandatam .ff. de offi. eius cui man. est Iu. quod delegatus nihil proprium habet, ex quo cito potest reuocari ut hic & in l. fi. in §. i. C. communia de lega. glo. in §. sed hoc quidem in administratoribus, in auth. ut defuncto fu. & in l. placuit .C. de iudi. & in l. solent .ff. de offi. procon. & not. omnes in d. §. qui mandatã, Deci. Cur. Ferrarien. & alij. Bal. in c. licet in fi. de offi. de.

Quarto, quod cum tex. iste noster, intelligi debeat in ordinario, delegatus alias si subdelegauerit, non poterit amodo iudicium soluere aut uetare. inquit Bal. & bene in c. licet ad

fi. de offi. de.

Qui etiam (& quinto) dicit alibi, quod licet delegatus Papę post lit. cont. poßit subdelegare non tamen efficitur ordinarius, sed semper remanet delegatus, eiusq; mandatum poterit reuocari iudiciumq; soluetur ut hic in c. cũ Bertoldus nu. 8. de re iud. quod tamen in procuratore non procedit, de quo in l. nulla .C. de procu. not. in l. 2. ff. de iu. o. iud. & in l. more eo. ti.

Sexto si pręses & assessor ferant sententias contrarias, illa pręsidis pręualet, licet sint in iurisdictione pares, quia assessor est sub potestate presidis, & à preside potest remoueri ut hic non sicus ac uicarius ab ordinario, & not. idem Bal. in c. fi. nu. 3. eo. ti. Nonnihil in statut. iurisdictio. nu. 8. & in l. i. ff. de offi. procon. quod assessor subalternetur, sitq; sicut uice potestas, & (ut dictum est) ab eo poßit remoueri.

Septimo quod licet delegatus posſit reuocari quandocũq; non decet tamen sine causa inquit Abb. in c. causamq; 2. in prin. de iud. dixi ego in rub. ff. de offi. eius cui man. est iu. & nimirum quia nihil sine causa fieri debet argumentum in l. 2. in §. circa .ff. de excep. do. & in l. si cum aurum .ff. de sol.

Octauo, quod superior potest inhibere inferiori nè iudicet, si ab illo iurisdictionem ha-

beat, de quo per Ange. hic, latissime tamen Boer. in tracta. suo de aucto. magni consi. col. 72. ubi alia etiam ad propositum multa.

Vlpianus.

Si locus; *Vt notum est pares curiæ, eligun- tur, qui iudicant, quando est controuersia inter dominum & Vasallum, siq; de loco sint concordes, ille seruabitur, inq; eo iudicabunt dum modo habilis sit litigantibus & honestus l. si cum dies §. sed si arbiter. ff. de arb. Sin minus ille eligetur, in quo dominus cognoscere solet, quando est controuersia inter pares l. pe. ff. de iusti. & iu. & si denique dominus, lo cum nõ habuerit, ille eligi debebit, ubi cõiter iu dicari solet. ut hic & ut de prædictis latius in d. l. pe. Alua. in c. i. in §. præterea col. 4. et ibi Bal. ante eum col. 5. de probi. feu. alie. per fed. in usib. & hic locus Magistratuum siue maiorum, est, quod ius appellatur d. l. pe. prytaneumq; erat athenis, & Magistratus prytanes uocabantur, nonnihil idem Bal. in c. si quis testium col. 2. de testi. et quod locus maiorum seruari debeat, & teneri tradit etiam Bar. in l. i. ad fi. C. de sen. ex peri. re. ius. reddebant tamen (scituq; dignum est) ante portam ciuitatis, prisci orientales, uel ut supremam,*

imitaretur remp. Magiſtratuum, non alibi ſedentium, ut ad ſubueniendum inferioribus preſto eßent, & promptiores, uel ut commodius illuc conuenientes, aduenæ, iudicem inuenirent, qua de re ad propoſitum Thraces quoq; tribunalis locum, portam appellabant. Et ad materiam inſuper dici etiam ſolet, quod quando citatio fit ad actum qui certo tempore expediri ſolet, de illo tempore facta intelligitur, & in loco ſolito, pro ut ex multis oſtendit Boer. deciſio. 235. col. 4. par. 2. Fuſius & clarius Deci. ante eum in c. cum parati col. 2. de appella.

Paulus.

Mortuo iudice; *Licet mortuo delegato cui fuerat facta commißio ſub nomine dignitatis, debeat reſcriptum præſentari de nouo, ſuo ſucceſſori, argumentum in l. mutari. ff. de procu. tamen neceſſarium non eſt ex quo ille qui eſt loco mortui, eodem iure eſſe cenſetur cum eo, uſq; adeo ut cauſam aſſumere debeat in terminis ſuis, nec dignitas uariatur mutatione perſone, ut hic & in l. properandū C. de iudi: & in c. ſi gratioſe de reſcrip. in 6. Abb. Barba. But. Feli. & alij ubi & nos quoq; in c. quoniam Abbas de offi. del. in not.*

Secundo dicas, quod cum ex eiſdem actis,

oporteat successorem iudicare, ex quibus oportuerat iudicare eum, cui successit, hoc casu intelligi poterit tex. secundum unam lectu. in l. 2. C. de eden. & sic quod nouum iudicium non facit nouus Iudex, sed in eodem succedit, quodq; ex persona succedentis in actu non uariatur qualitas, quod etiam not. in l. gesta C. de re iudi. pulchre Bal. in c. publicato in pe. col. de electio.

Qui dicit (& Tertio) etiam, quod successor contumaciæ ex prædictis, succedit in processum prædecessoris, in l. consentaneum col. 2. C. quomodo & quando iud.

Quarto, si quis est excommunicatus sub conditione, eaq; pendente iudex moriatur, deinde extet conditio, dico quod non propterea excommunicatio euanescet, ex quo morte iudicis sententia non expirat, nec eiusdem effectus, ut hic & in l. in integrum. ff. de mino. Idem Bal. in c. præterea nu. 8. de ap.

Quinto si acta facta coram prædecessore non facerent fidem successori esset magna abusio, ex supra dictis, nouissime Ferrarien. in l. 2. col. 6. C. de eden. Imò quod est unum & idem tribunal c. romana in prin. de ap. in 6. Gui. papa consi. 219. col. fi. & consi. 229. col. 2. Ferrarien. in l. more maiorum, col. 5. de iu. o. iud. & idem iudex (inquit Por.) insti. de tutel. in prin. col. 2.

Vlpianus:

Solemus; *Ante litem contestatam (ut diximus alias in l. edita. C. de eden.) emẽdatio fieri potest, etiam rei diuersæ dum modo sub prima actione claudatur, ut hic probari posse uidetur, & aduertit etiam Deci. in d. l. edita. col. 10.*

Secundo dico, quod Iudicium uniuersale trahit ad se particulare, ut rursum hic probari uidetur & in l. 4. ff. de peti. he. tradit in pulchra q. Gui. Papa. decisio. 428. ad fi.

Tertio quod libellus interpretatur pro libellante, qui censetur uoluisse in eo omne ius suum deducere, ut hic, & in c. cum ecclesia, Sutrina, de cau. po. & prop. Corn. consi. 8. col. 2. uol. i. & consi. 62. col. i. eo. lib. Pau. Castr. consi. 130. uol. 2.

Quarto, sicuti argumentum sumi potest, ab his quæ fieri solent. l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cer. pet. l. solutum. §. fi. iuncta. l. seq. ff. de pi. ac. l. 2. §. merito. ff. ne quid in loco. pub. l. titianus ad fi. ff. quod cum eo. l. ut liberis ad fi. C. de colla. ita debet posse sumi ab eo, quod dici solet, ut hic & in c. cum M. Ferrarien. de constitutio. & in l. si chorus in §. i. ff. de lega. 3. & in l. solent in §. fi ff. de offi. procon.

Quinto, quod licet Iudex causarum criminalium non possit cognoscere de causa ciuili, neque in ea se intromittere cum limitatę sint iurisdictiones ut hic in. §. fi. poterit tamen incidenter argumentum in l. quotiens. C. de Iudi. & in l. nullū. C. de testi. l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. Bal. in l. sed & loci in. §. si dicatur ff fi. reg. Fel. in c. postulasti in prin. de iude. & si Iudex ciuilium causarum fuerit absens, in defectum, ut pulchre per Ang. in l. si Vacantia C. de bon. uacan. lib. 10. Bal. in Marga. Iudex, nu. 14. & in statu. aliquid, iurisdictio nu. 11. Qui dicit ēt ibidem aliud, ad idem, non omittendum, quod coram Iudice criminali, non potest interpretari actio ciuilis, nisi ex crimine oriatur, & est argumentum in l. defuncto ff. de pub. iud. Ferrar. ē. in l. 2. col. 9. de iu o. iud.

Sexto, quia hæc regula generalis est, ut inquit Corn. consi. 8. nu 7. uol. 3. non poterit quoque tutorem uel curatorem dare, nisi sibi statuti auctoritate, concessum sit, ut idem Corn. declarat consi. 198. col. 4. uol. 4. Vel detur ad mouēdam litem super causa criminali, ut ydem Ferrarien. aiunt, in d. l. 2. col. 10. ff. de iu. o. iud. dubitat tamen Por. insti. de at. tu. col. 4.

Septimo, quod hic, latrunculator, Iudex maleficiorum appellatur, à latrone enim fit diminutiuum latrunculus, à quo latrunculator dictus

eſt, quia de latrocinijs, & alijs maleficijs cognoſcit, uerbum tamen inuſitatũ eſt, qua de re forte alibi, Tranquil. in Tiberio, eum quæſitorem uocat, quia quæſtioni cauſarum criminalium, præerat. & hinc Maro.

Quæſitor Minos Vrnam mouet.

Et uocatus à gallis alias prauoſt, à germanis uero lands knechtten. Olim quoque erant recuperatores eſtimandis iniuriis, quaſi Iudices maleficiorum. Athenisq́; ſic curiæ duæ, quingentenaria, cauſarum ciuilium, criminalium uero, Areopagitarum, & latrunculator fuit aliquando Bar. quem ut potè ſeuerum (in condemnando fure enim nimis excauduerat) reprehendit Barb. in c. licet nu. 41. de fo. compe.

Octauo quia hæc de quibus hic, differunt ut genus & ſpecies quod ſpecies derogat generi. c. generi per ſpeciem de regu. Iu. in 6. Bal. in c. ſtuduiſti nu. 3. de offi. lega. Aliter Cald. ad idem tamen conſi. 10. de iudi.

Nono, dico quod de uno officio ad aliud, arguere non poſſumus, ſi ſunt penitus ſeparata, ut Ferrarien. not. in l. i. col. 6. ff. de offi. eius cui man. eſt iu. & ad idem quod Iudex cauſarum criminalium finibus ſuæ iuriſdictionis, contentus eſſe debet, quod etiam dicit Bal. in rub. extra de iud. in 2. lectu. col. i.

Decimo, mirum eſt, cum Imperium merum ha

beat Iudex maleficiorum, & sic maius, quod nõ habeat etiam iurisdictionem causarum ciuilium quod est minus, & propterea cogitandum relin quunt Ferrarien. in l. Imperium col. 5. ff. de iu. o. iud. pro quibus facit regu. cui licet de regu. iu. in 6. Sed nimirum, quia lex sic statuit, iurisdictiones limitando ut dictum est, nouissime Bal. sic dicit in simili in c. i. ad fi. de procu. Imo. con fi. i 40. col. 2. bonum argumentum in l. tutorem ff. de his quibus ut indi. & in l. i. in prin. ff. de magist. conue. & in l. cum quædam puella in. §. fi. ff. de iu. o. iud.

Vndecimo quod notarii deputati ad causas ci uiles, non possunt scribere acta criminalia, nec è conuerso, & hoc propter commixtionem officiorum, quæ prohibita est, nisi necessitas id agere eis permittat. l. duos. C. de suscepto. & Arca. lib. 10. l. i. ff. de offi. consu. & utrobique Ang. Boer. plene decisio. 298. nu. 9. par. 2. Ias. in l. fi. col. 2. C. de iud.

Duodecimo dicit etiam Bal. alibi quod iurisdictio certo casu data, in aliis denegata uidetur, consi. 486. col. 2. uol. 2. & bene, estq; argumentum in l. cum prætor supra eo. & in l. fi. C. de pac. conuen. sed cõmode potuisset etiam adducere ad idem tex. istum.

Decimo tertio, quod coram Iudice maleficiorum, quærela ciuilis proponi poterit, si descen-

dat ex crimine, quanquam tendat ad pecuniariam condemnationem, & ut fusius idem Bal inquit consi.203.col.2.uol.i.

Decimo quarto, si sit quæstio inter feudatarios, quod cognoscit dominus de feudo, de crimine non, sed ordinarius, nisi dominus habeat merum Imperium, ut per eundem Bal. consi.216. col.2. uol. 2. & in c. i. apud quem, uel quos, in uesti. fi. in usib. Seue. in feud. artic.6.col. 2. nume. 10.

Decimo quinto uidemus hinc ob id, quod probationes facte in causa ciuili, non prosunt in criminali, è contra tamen sic, inter easdē personas l. ait lex. §. si dolo & ibi Flo. col.2. ff. ad legem aquil. Qui dicit etiam in l. ait lex in §. si quis hominem ff. eo. ti. quod in actione legis aquiliæ confeßio nocet confitenti, etiam quod constet alium dedisse damnum, & tamen in criminalibus secus l. i. in fi. ff. de questio. & alibi quod præscribens iurisdictionem in ciuilibus, non præscribit in criminalibus, in l. si quis diuturno ad fi. ff. si serui. uen.

Decimo Sexto si quis fuit deputatus in palatio ad criminalia solum non poßet eius iurisdictio prorogari in causa ciuili, ut hic, & ratio est quia prorogatio debet fieri de his que sunt eiusdem formæ, & naturæ c. hi qui & ibi not. de præben. in 6. Bal. in l. testamenta col. 2. C.

de testa.

Decimo septimo, quod casus. omissus debet haberi pro omisso à paciscente .l.fi. C. de pac. con. ab appellante cle. appellanti, de ap. ab impetrante c. cum in illis, de præben. et à iudice, dante deniq; , ut hic; & in l. de proprietate.C. si à non comp.iud. fue. ap. Bal. met.in l. 3.col. 1. & 2. C. de insti. & substi. sub cond. fac.

Decimo octauo, quod quelibet ciuitas debet habere duos carceres, unum pro maleficijs, alterum pro re pecuniaria l.2. C. de exacto.trib. lib. 10. Abb. in Statut.par.2. q. 89.

Vlpianus.

Recte; *Quod non ille recte defendi dicatur, qui sui tantum copiam coram preside faciat, dicatq; ad iudicium suscipiendum se paratum fore, sed qui iudicatum soluit, quiq; usq; ad extremum iudicij exitum defensione usus est ut hic, pulcherrime tradit etiam Ro.consi.169. ad fi. indubitatumq; est.*

Vlpianus.

Non a iudice; *Quod fideiußio coram una persona facta, uel propter unam causam, ad aliam non trahatur, ut hic*

in fi. & in l. si unus in §. ante omnia. ff. de pac. tradit etiam conclusiue idem Ro. consi. 210. in prin. & certe non minus quam superior, mihi sine dubitatione uidetur. hinc à simili adde, si uendam dimidiam unius rei, & postea petam aliam dimidiam, aduersus emptorem, quod non propterea uenio contra uenditionem, ex quo alia res est, quæ petitur, & alia quæ uendita est, & in not. casu declarat Corn. consi. 17. col. 4. uol. 4.

Vlpianus.

Exigere dotem; *Quod dos exigatur in loco ad quem fuit destinatus, effectus matrimonij, ut hic dicitur, tradit etiam sic inducendo signanter tex. istum, in c. i. col. 9. Abb. de iudi. & ita formaliter in c. fi. col. 11. de foro comp. inquit.*

Secundo dico etiam, quod ex loco lex intelligi debet, idest secundum eum locum in quo res disposita est gerenda, potius quam locus contractus, ubi lata est, quod post multa Steph. fed. non ineleganter ostendit more suo in tracta. pulchro iur. interp. col. 62.

Et magis ad propositum Ias. in l. cunctos populos (Tertio) col. 13. C. de summa. tri. & fi. catho. quod in restituenda uel lucranda dote.

debet attendi statutum, non loci celebrati contractus sed domicilij mariti. Bal. Nouel. in trac. dot. par. 9. speciali. 18. Deci. consi. 19. col. i. & fi. uol. i. ubi hãc etiã cõem opi. esse testatur. Multa Alex. ante eum consi. 100. col. 2. & 3. uol. 3. & nõ ab re (ut ibidem dicit & bene) quia censetur esse quoq; forum mulieris, & fuit uerbum Bal. licet ipse non dicat in rub. sol. mat. col. i. multa Cassane. ad regu. consi. 7. nu. 3. Bal. rursum con. 208. uol. 3. qui dicit etiam hãc l. uulgarem esse, sed not. consi. 31. col. i. uol. 2. & consi. 471. uol. i. quod quantum ad decisionem causæ, & restitutionem, forum mariti ut dictum est inspici debet quantum uero ad libellũ intentandum forum hæredis. & in auth. omnes peregrini col. 2. C. communia de suc. Cuma. cõsi. 26. col. i. & consi. 72. col. i. & 2.

Facit etiam (& Quarto) tex. iste, secundum unum intellectum, ad id, quod cautio quæ fit ad cautelam probationis, super debito ueteri, non addit forum foro. & ad solutionem gabelle, an debeat fieri in loco contractus, uel instrumenti reconciliatiui ipsius contractus, ut soluatur secundum istum intellectum in loco primi contractus, quod sensit idem Bal. in l. uniuersa in fi. C. de præcib. Imp. offe.

Quinto tamen (ad supra dicta redeuntes) est dare casum, etiam in dote lucranda, domici-

lium uxoris attendi debere, ipsiusq; statutum inspici, si maritus ad domum uxoris ducatur, ut per Inno. in c. i. de spon. & Bal. in l. fi. col. 2. C. si à non comp. iud. fue. ap. Cremen. in singu. suis 66. & not. etiam in l. cum quedam puella .ff. de Iu. o iud. Remissiue Nath. in cle. sæpe col. 2. de uer. si.

Et quod attendatur regulariter (Sexto loco) locus domicilij (ut dictum est) mariti id esse scias quia ita uoluisse & consensisse uidentur contrahentes, & sic uere non interpretatiue & per fictionem translatiuam, de loco ad locum, quod nititur probare idem Bal. in l. multum interest col. 5. C. si quis alte, uel sibi.

Septimo, in simili etiam per prædicta, dicit alibi, quod executio uoluntatis defuncti, fieri debet in eo loco in quo dispositionem suam direxisse uidetur, & est argumentum hic, & in l. fideicommissum supra eo. & in l. contraxisse .ff. de ac. & ob. & in l. uinum .ff. si cer. pet. in l. si nõ speciali col. 2. C. de testa.

Et quod mulier (Octauo) uirum sequi teneatur, ipsiusque domicilium attendi debeat, pulcherrimo etiam admonemur, exemplo, quoniã Angelus Domini, Ioseph monuit in somno, & non Beatam Virginem, ut in ægyptum fugeret (histo nota est) propter Herodem.

Nono dic, quod iure ro. mulier quam diu est

uidua,

uidua, uiuit lege mariti l. filij §. i. ff. ad munici-pal. si ei tamen hoc idem fauorabile sit, si odiosum uero, secus, excepto contractu dotis, quia tunc semper inspicitur consuetudo uiri, ut hic, & ut supra dictum est, nouissime Bald. noster, in l. uoluntas col. i. C. de fideicom. & in statut. consuetudo nu. i. & mulier nu. 4. Pau. Cast. cõ si. 369: col. i. uol. 2. Abb. in c. i. in fi. de sponsa' Deci. consi. 284. col. 5. uol. 2. & consi. 402. col. i. eo. lib.

Decimo, alibi etiam dicit idem Bal. quod mulier in tribus esse dicitur in potestate uiri primo in residentia quam facere debet cum marito suo secundo in operibus, quia illi debet operari, tertio & ultimo, in iurisdictione, quia foro uiri, legibus statutisq; & moribus debet esse obediens in l. si uxorem in prin. C. de con. inser. in cæteris erit quoque in potestate patris, quia nec testamentum facit, nec sepulturam sibi eligit. c. licet de sep. in 6. nec donat causa mortis nisi patris consensu l. tam is. ff. de dona. cau. mor.

Et ad prædictorum declarationem (undecimo) sciendum est. ubi fit domicilij mentio, quod tunc de loco habitationis intelligitur, ut not. in c. statutum in §. cum uero de rescrip. in 6. But. & alij in c. fi. de foro comp. Alex. consi. 155. col. i. uol. 7.

Quod etiam hic dicitur (& Duodecimo) ue-

rũ est in dote & bonis subiectis consuetudini, siq; loco cohereant, & ideo si statutum dicat quod maritus lucretur totam dotem, non lucrabitur bona dotalia existentia extra territorium statuentium, de quo tamen Bal. uidendus est, in c. i. col. 2. de iura. cal.

Decimo tertio, quando forensis in loco contrahit & ex contractu efficitur debitor in aliquo, quod statim soluendum non est, actum inter eos contrahentes uidetur, ut solutio fiat in domicilio debitoris secundum Ange. hic, tradit Bar. & alij in l. hæres absens in §. si quis tutelam supra eo. Corn. consi. 70. col. 2. uol. 2.

Decimo quarto, forte non haberet locum ista lex, in matrimonio putatiuo ex quo dos repeti posset in loco contractus ut tradunt docto. in l. cunctos populos, & ibi in specie purpu. nu. 15 1. C. de summa tri. & fi. catho. originaliter Bal. in c. iurauit col. i. de proba. ubi & Feli. ad fi.

Decimo quinto si legatus Romæ existens matrimonium contrahat, deinde diuertat, pro restitutione dotis, ibi potest conueniri, nec ius reuocandi domum habebit, estq; alia limitatio ad regu. not. quam ponit idem Felin. in c. fi. in fi. de foro comp.

Quando esset quoque (Decimo sexto) conuentum, inter partes, quod alibi solueretur, seu restitueretur dos, quam in loco domicilij ma-

riti, tunc foret derogatum decisioni huius legis ut sensit Deci. in supra allega. consi. 402. col. 3. & nimirum quidem, quia contractus ex conuẽtione partium legem accipiunt l. i. §. si conuenerit. ff. depo. l. legem C. de pac. estq; unus quisq; in re sua (ut uulgo dicitur) moderator & arbiter l. in re mandata. C. manda. l. sed si lege §. consuluit ff. de peti. hæred.

Vel (& Decimo septimo) fuisset extraneus stipulatus sibi dotem reddi quia tunc nec isto casu attenderetur domicilium & forus uiri, declarat Feli. in c i. de sponsa. pulchre Boer. post eum consi. 50. nu. 20.

Vlpianus

Si quis intentione ambigua; *Verba libelli, sunt latissime in fauorem libellantis, interpretanda, ut hic & in l. solemus supra eo. & in c. licet causam & ibi Inno. de iudi. Ro. consi. 136. in prin. & consi. 157. ad fi. Abb. in c. cum uenissent col. 2. de resti. in int.*

Secundo dico, quod uerbum ambiguum, accipi debet, pro ut utilius est & fauorabilius ei, qui iudicialiter locutus est ut inquit Pau. Cast. consi. 376. col. 2. uol. i. & consi. 204. col. 2. uol. 2. Fulgo. consi. 13. col. 3. Alex. consi. 18.

col. 3. uol. 4. Ro. consi. 455. & hic formaliter dicitur & declarat etiam per istum tex. purpu ra. in l. postquam liti. nu. 24. C. de pac. quod tamen uerum est quando sunt æque apta, impor tare unum sicut aliud, quia si una significatio, sit propria alia impropria secus, ex quo à proprietate tunc non esset recedendum, l. non aliter l. ille aut ille. §. cum in uerbis ff. de lega. 3. Alex. in l. diuortio in prin. col. 4. ff. sol. mat. & quod alias quod est agenti utilius, accipiendum sit, tradit in simili Bar. in tracta. ordinis iudici. col. 4. & Ro. in rub. de arb. col. 5. Seysel. post Alex. in l. Gallus in §. si eius col. 2. ff. de lib. & po- sthu. & consi. 127. ad fi. uol. 6.

Tertio, quod licet libellus incertus, poßit de clarari, etiam post terminum libellandi, ut hic, & quia qui declarat nihil noui inducit l. heredes palam §. sed si notam. ff. de testa. non poterit ta men, si declaratio faceret libellum nullum, trā sire in aliquem, ut inquit Bal. & ibi nos multa in l. edita col. 3. C. de eden. purpu. in l. petens nu. 50. C. de pac.

Quarto quod sicuti uerba libelli sunt impro- prianda ut saluetur libellantis mens, ut hic, Alex. consi. 121. col. 1. uol. 1. Bar. in l. scire de bemus col. 2. ff. de uer. ob. Ias. in l. 2. in § prius. col. pe. ff. de uulga. & pup. sub: ita debent im- propriari uerba inquisitionis, sententiæ, testa-

menti, contractus, testium, priuilegiorum, & iuramenti c. cum contingat & ibi But. & Feli. post eum in prin. de rescrip. l. & puto ff. fam. her. Bar. in l. in ambiguo ff. de reb. dub. Ro. con si. 180. nu. 3. idem Feli. in c. accedens .i. in fi. ut li. non cont. & in c. auditis col. i. de præscrip. & 2. Abb. in c. ex literis col. 2. de pigno. Alex. consi. 95. col. 4. uol. 2. & consi. 105. col. 2. eo. lib. & in l. diuortio in prin. col. 3. ff. sol. ma.

Quinto, quod sermo simplex interpretabitur secundum negotij qualitatem & mentē proferentis, ut inquit etiam Prat. pap. in for. lib. in actio. rea. uer. & in florenis, col. 4.

Sexto quod omnis obscuritas est declaranda si maxime petatur l. fi. C. de an. excep. not. in l. edita. C. de eden. ita dicunt Hosti. But. & Abb. & Feli. post eos in c. cum clamor ad fi. de testi. glo. in l. inter stipulantem in §. si stichum ff. de uerbo. ob. Prat. pap. in for. respon. rei conuen. uer. generalis col. i.

Septimo, quod uerba libelli interpretantur ab ipso libellante, ut nouissime inquit Corn. con si. 130. col. 2. uol. i. & consi. 250. col. i. eo. lib. & consi. 302. col. 2. eo. lib. & consi. 345. ad fi. eo. lib. & consi. 172. col. 5. uol. 2. & consi. 18. col. 3. uol. 3. & consi. 26. col. 4. eo. lib. & cō si. 37. nu. 23. eo. lib. & consi. 80. col. pe. eo. lib. & alibi sæpe. qui censetur in eo uoluisse omne ius

etiam deducere quod habebat, inquit idem Corn. consi. 7. col. 3. uol. i. & consi. 288. col. 2. uol. 3.

Octauo, quod quanquam posśit agens interpretari suam intentionem, non tamen poterit sententiam Iudicis, mihiq; indubitatum uidetur quod nihilominus ponit Corn. & rationem asśignat in not. casu. consi. 190. ad fi. uol. 4. Nec fit interpretatio à successore l. Pomponius scribit ff de rei uend. Idem Corn. consi. 211. ad fi. eo: lib. Bononien. in rub. de accusa. col. 4.

Nono, quod intentio hic pro libello posita est sicut & alibi in §. si minus insti. de actio. & quandoque etiam non aliud sonat actio quã libel lus l. edita C. de eden.

Decimo quod uerba libelli quoque sunt impro prianda, ut repugnantia uitetur, & declarat Bal. in l. polla. ad fi. C. de his quib. ut indi. Areti. consi. 126. in i. dubio. Deci. consi. 28. col. pe. uol. i. Ias. in l. si duo patroni in §. item si iuraue ro in 4: not: ff. de iure iu. Purpura. in l. edita. nu. 221. præallega. C. de eden. idem Deci. consi. 212. col. i. uol. 2. multa Alex. consi. 121. col. 4. uol. i.

Vndecimo ad materiam facit etiam, quia si uerba testis secundum eorum proprietatem fuerint clara, nullam aliam recipient interpretatio nem, ut not. hic per Bar. quem refert & sequi-

tur Soci. in l. sed & illo , col. fi. ff. de reb. dub:

Duodecimo , quod idcirco in iudicijs interpretatio fieri debet secundum mentem et declaratio nem libellantis , actoris scilicet ut dictum est , quia iudicium redditur in inuitum l. inter stipu lantem §. si Stichum. ff. de uer. ob. & si staretur declarationi rei , semper libellum uerisimiliter annullaret, & iudicia corruerent & male l. con uenire ff. de pac. dota. l. si unus §. illud . ff. de pac. Por. in §. item nemo col. 2. insti. de inutil. stip.

Decimo tertio facit etiam ad regulam , quod responsio debet sic pariter interpretari in fauorem respondentis , ut sentit Alex. consi. 83. col. pe. uol. 3.

Et uerba rei (Decimo quarto) pro ut ipsi fa uorabilius est , ut in actore dictum est , & longe magis argumentum in l. fauorabiliores . ff. de re gu. Iur. not. in d. l. die. ff. qui sat. cogan. idem Ale. consi. 35. col. 2. uol. 5. & consi. 183. col. 2. eo. lib. & in l. rei iudicate col. 3. ff. sol. mat.

Decimo quinto, quod non modo declarationi actoris standum est , uerum etiam pro eo iudicādum , ut hic not. Gui. Papa consi. 82. col. fi. secundum tamen illam uiam quae in processu decla rabitur et probabitur, ut post multa dicit Alex. consi. 137. col. 2. uol. 6.

Decimo sexto Dico , quod ubicunque ambi-

guitas consistit in iure, propter significatum uer borum prolatorum uerum erit absque alia inter pretatione & declaratione expressa, fit inter- pretatio pro libellante ut hic; si uero consistat in facto tunc requiretur expressa declaratio & interpretatio libellantis l. Pomponius scribit. ff. de rei uen. §. fi. (allega. etiam supra licet ad a- liud) not. Bal. hic, & Alex. consi. 55. col. 3, uol. 5. idem Bal. in l. si quis ita ff. de he. insti.

Decimo septimo generalius dicas, quod hæc declaratio libelli potest fieri quandocunque ante sententiam, item quod semper sustinetur, si uer ba sint ita generalia ut poßint per interpretatio nem reduci ad congruam agendi formam, & quod in dubio etiam debent interpretari, ut uia illa intentata uideatur, quæ magis pro actore fa ciat l. edita .C. de eden. c. significantibus, & utrobique not. de lib. ob. Inno. & Hosti. in c. cō querente, de offi. ordi. Bar. in l. stipulationes non diuiduntur in ulti. car. ff. de uer. ob. Alex. consi. 137. col. 2. uol. 6. Capel. Tolos. decisio 32. Gemi. consi. 67. col. 3.

Decimo Octauo, quod etiam confeßio debet intelligi & interpretari secundum intentionem confitentis, de qua facta sit probatio, ut in pul chro casu dicit idem Alex. consi. 30. col. 2. uol. 7. & consi. 80. col. 2. eo. lib.

Decimo nono, quod licet magni iudices, pos

sint sententiam suam interpretari, si tamen interpretatio fuerit laudabilis, non tamen possunt interpretari libellum, lex autem sic, & ideo semper recurrimus ad iuris interpretationem ut hic, & in l. fi. C. de anna. excep. & maxime in expositione uocabulorum; quæ debet I. Con. maxime perpẽdere, ut inquit Bal. in l. si ut pro ponis in fi. C. de exe. rei iud.

Vigesimo, si sermo sit ambiguus, accusatori fauendum est, ut etiam in inquisitione dictum est supra, nouissime Bal. in l. uxor in fi. C. qui accu. non po. Nonnihil Deci. in regu. semper in obscuris ad fi. ff. de reg. iu. Idem Bald. in l. polla in fi. C. de his quib. ut indi.

Ex quo uerba debent interpretari pro libellante, ut dictum est pariter supra non mirũ est (& Vigesimo primo) si quis præsumitur deduxisse in libello id quod sibi utilius est, quod etiã supra declarauimus, & nouissime tradit Alex. in l. qui stipendia. col. 2. C. de procu.

Vigesimo secundo quamuis libelli uerba dubia (ut diximus) interpretentur pro libellante, quod tamen probatio dubia interpretatur contra producentem, quia non est par eademq; ratio. c. in præsentia de proba. argumentum in l. ueteribus ff. de pac. idem Alex. in l fi. col. 2. C. de resti. in int. Bal. in c. cum clamor de testi. Abb. in c. ex literis ad fi. de spon.

Non procederet etiam regula (& Vigesimo tertio) quando ita interpretando actus reddere tur inualidus, ut adhuc idem ait & declarat in d. l. diuortio col. 5. ff. sol. mat. Deci. consi. 77. col. 4. uol. i.

Vigesimo quarto, si quis interrogatus in iudicio dixit, non adeo, potest urgeri, ut declaret, quia uerba sunt dubia, & possunt tripliciter intelligi, quod repudiet, non adeat, non dicat, & si ab eo petitum non fuerit, tunc stabitur postea in processu illi significationi, quæ sibi fuerit utilior, & ita declarat Bald. in l. qui se patris col. 3. C. unde lib.

Vigesimo quinto si fauetur libellanti, multo magis fauendum est supplicanti. inquit Imo. cõsi. 146. col. 2. & impetranti ut Cassiod. ait decisio. 6. col. 2. de rescrip.

Vigesimo Sexto, exceptio est libellus rei. l. i. ff. de excep: & ideo si maritus negauerit se maritum, perdit beneficium quod habet ne conueniatur nisi inquantum facere potest, & tamen si dixerit nego narrata pro ut narrantur non, quia uerba dubia (ut dictum est) libelli, interpretantur in fauorem libellantis, ut uideatur negasse deducta in eo principaliter, nõ alias qualitates, ita Alex. in l. etiam in §. licet col. ult. ff. sol. mat.

Quia licet (Vigesimo septimo) agenti libel

lum interpretari (ut dictum est) & declarare, uerbum dominij uerificatur etiam in proprietate nuda, ideo si agens reali eam probauerit uincet, ut per Ang. in l. si testamento in prin. ff. de cond. insti.

Licet etiam (& uigesimo octauo) in initijs iudiciorum, si uerbum dubium ab actore proferatur, pro eo debeat interpretari, ut hic, & dictū est supra Bar. nouissime in l. i. col. 2. C. de usuf. attamen dic uerum fore si interpretatio fuerit uerisimilis & probabilis, alias non admitteretur, ita idem Ang. in l. in ambigua ff. de legi.

Vigesimonono, si quis diceret, se esse in possessione iuris, quod est incorporale (Iura enim non possidentur) intelligeretur in quasi possessione. Et si emphiteota pariter se diceret dominum, intelligeretur utiliter, & ad testes etiam inferri posset, qui uerbis propriis non utuntur, & declarat Bart. in l. sed & si possessori in §. i. de iureiu. Abb. in c. conquestus col. 2. de fo. compe.

Bonum uerbum quoque (Trigesimo) dixit Bal. consi. 489. col. 2. uol. 3. adeo uerum esse, quo ad libelli interpretationem fauendum esse actori, ut si non possit procedi summarie, procedatur ordinarie, & omnimodo, quo melius potest secundum ipsius actoris intentionem.

Trigeſimo primo dico, quamuis in petitione reſtitutionis frumenti, debeat concludi ad eſtimationem quanti plurimi ualuerit, à tempore moræ, quod tamen poſſet ſuſtineri petitio, reſtitutionis rei, eo precio quo taxata fuerit, quia uerba libelli, benigne ſunt interpretanda, non ſubuertendo mentem agentis, ut poſt multa inquit Ang. in l. ſi inter ad fi. C. de iure do.

Trigeſimo ſecundo quod appellans quoque, ut libellans, poteſt ſuam intentionem declarare quodq; eius declarationi ſtabitur, & fuit dictũ Alex. conſi.2.col.4 uol.3.

Trigeſimo tertio inquit Bald. adhuc, quod in Iudicijs uerbum ambiguum in quacunque parte iudicij proferatur, intelligendum eſt, quo proferente, niſi alia parte Iudicij, ſpecialiter proſecutus ſit, ut not. in l. quicquid aſtringendæ ff. de uer. ob. & in l. licet. C. de iudi. in l. edita le ctu.peruſi.col.4 C.de eden.

Qui ibidem (& Trigeſimo quarto) col.7. dicit rurſum (& quotidianum eſt) ſi excipiat contra teſtes quis, de inimicitia, quod poterit interpretari poſtea de capitali. l. Pomponius ſcribit ad fi. ff. de rei uen. Imò quod de magna in dubio intelligetur, ut concludat exceptio, ut hic, & ut ibi per eum latius.

Et alibi (Trigeſimo quinto) ſi quis confiteatur, ſe plura furta feciſſe in eodem loco, diuer-

ſis tamen temporibus, quia iſta uerba ſunt obſcura, debent in mitiorem partem interpretari, diuerſis ſcilicet temporibus, continuatis, ne plura eſſe uideantur delicta.l.nunquam actiones.ff. de ac. & ob.in auth.ſed nouo iure col. 3. C. de ſer.fugi.

Trigeſimo ſexto, ſi libellus fuerit generalis nec declaratio petita (ualet enim l.fi. C.de an. excep.) quod fiet condemnatio ſecundum actionem quæ minorem quoque condemnationem requirere uidebatur, niſi in progreſſu litis apparuerit ex probationibus, uel expreſſe aliter, quo modo & qualiter agere uoluerit, quia tunc ſecundum illud ſententia erit ferenda, ita Abb. in c. cum dilectus col.17.de ordi.c o.

Trigeſimo ſeptimo, ſi in accuſatione anni mentio facta eſt, hoc eſt tali anno maleficium factũ fuiſſe, quod intelligetur de anno legali, qui ex diebus.365. conſtat. l. cum hæres §. ſtichus.ff. de ſtatulib. ſecundum intentionem accuſantis, ut hic, & non de anno communi, & uulgari, incipiente à natiuitate Domini, & pulchre declarat Bart. in l. libellorum in princ.nu.15. ff.de accuſ.

Sicuti etiam (& Trigeſimo Octauo) rei ſimpliciter ſtipulatio fieri non poteſt, pari modo concludi non poteſt in libello & peti, niſi dari petatur, quia tunc impropriando uerbum, hoc eſt

tradi, siue restitui, interpretabitur l.i. in prin. ff. depo. Barba.in l. scire debemus in §. si à fure col. 8. ff. de uer. ob. deq; materia huius legis di xi etiam latissime in locis communibus lib. 2. dialo. 32. ibi uideas quia forte uidisse, te præter hæc, ea non penitebit.

Vlpianus.

Qui se dicit; *Vbi de libertate præstanda agitur, controuersiaq; est; stamus iuricommuni, speciali autem, si de iam præstita ut hic not. & in l. i. C. si aduer. lib. Bal. pulchre in c. iurauit col. 2. de proba.*

Vlpianus.

Ad peremptorium; *Quamuis dilatio legis cũ ministerio iudicis eẽ debeat non minus triginta dierum spatio, quod datur ad prosequendam causam, potest tamen mutari, ut in auth. qui semel. C. quo mo. & quã do Iudex: & in §. omnem in auth. de litigio. & hic cum duabus legibus seq. & in l. nonnunquã infra eo. plene Alex. in l. 2. col. 3. ff. de re iud. Deci. in c. cum sit ro. col. 5. de ap.*

Secundo sciendum est (ut rursum hic dicitur, & in d. l. nonnunquam) quod ad peremptoriã

citationem peruenire non potest, nisi alie citationes præcedant, quarum qualibet habeat terminum dierum decem, & not. idem Alex. in loco præalleg. fusius.

Tertio quod clausula comminatoria apposita in simplici citatione, non habet uim peremptorii, cum soleat apponi in termino peremptorio ut hic, Inno. compost. & Abb. in c. causamq; col. 3. de rescrip.

Quarto quod ad pronunciationem, habentē uim diffinitiue, procedi non potest, nisi pars citetur expresse ad ipsam audiendam, ut not. Inno. in c. ad petitionem de accu. plene Rota decisio. 342. de re iud. in nouis.

Quinto, tamen, quanquam citationes requirantur ante peremptorium (ut dixi) una sufficit nihilominus in Synodo c. si Episcopus 18. d.

Sexto quod dilatio datur etiam non petenti, & inuito, inquit Bal. per istum tex. & per tex. in l. 2. C. ubi in rem ac. & in auth. qua in prouincia. C. ubi de cri. agi opor. Bal. in l. in pecuniariјs col. 3. ff. de fer.

Septimo, quoniam hic loquitur I. Con. de dilatione, quæ assignatur absenti, dicendum est, si assignetur presenti, quod uim monitionis habeat, ut not. in l. 2. C. quo modo & quando Iud. idem Bal. ubi supra.

Octauo, quidquid sit, & quidquid dicatur

hic,

hic quod hodie abbreuiatum tempus eſt, ut inquit Bar. in tracta. rit. iud. col. 4.

Nono quod peremptorium edictum dictum appellatumq; eſt, quia diſceptationem perimit non ſecus ac peremptoriū uenenū, et perēptalia fulgura quæ hominē & quecunque animantia necat, imò quod uirtus ignis quoque, ſic edax eſt & peremptoria. & ad propoſitum tradit Io. And. in addi. ſpe. in §. uiſo, de Cita. Abb. in prat. lib. c. 14. col. i. Imò tex. in l. & tertium infra eò.

Decimo, quod poſt peremptorium Iudex gratiam facere non poteſt, ut inquit Bal. in c. ſæpe nu. 12. de ap.

Vndecimo quod in citatione, quattuor conſideranda ſunt, ut fiat ad inſtantiam actoris, congruo tempore, quod citatus uenire teneatur & quod fiat denique ſeruato ordine iuris, ut hic, & Odof. latius ſiue Bal. Bar. in tracta. ordi. iud. col. i.

Duodecimo, quod quamuis trina citatio requiratur communiter, ad audiendam ſententiā ſi proferenda tamē ſit in curia ro. ſecus, ex quo ibi omnes termini palatij ſunt peremptorij, inquit Rota deciſio 245. de citatio. & re iudi. in nouis, & Feli. in c. conſuluit col. 5. de offi. del.

Decimo tertio quod notorium facti, non requirit iuris ordinem, notorium uero iuris ſic,

quia

quia factis probationibus, ex quibus causatur notorium iuris requiritur peremptorium, ut hic & in l. consentaneum & in l. tres denuntiationes .C. quomo. & quando iud. Corn. consi. 233. col. i. uol. 3.

Vlpianus.

Per interuallum; *Licet enim tres citationes habeant uim peremptorij l. consentaneum l. tres denuntiationes .C. quomo. & quando iud. dictumq; est supra, tamen ille debent habere spacium dierum decem, ut hic & nouissime ad idem multa Corn. ponit consi. 3. col. 2. uol. 4. & si citatio fiat sine termino ualet tantum ut pro contumatia citatus puniatur, non ut aliquid fiat contra citatum ut adhuc not. hic. late Deci. in. c. cum parati col. 2. de appella.*

Vlpianus.

Et tertium; *Vt dictum est supra peremptoriũ appellatum est quia disceptationem perimit, ut hic, hoc est ultra non patitur aduersarium tergiuersari, & nisi hoc operaretur, de nihilo nobis seruiret, careretq; omni efficacia & effectu & male l. i. ff. ad municipal.*

pal nouissime Old. consi. 3. col. i. & ideo (ut adhuc dicebam supra) post peremptorium iudex gratiam expectationis facere non potest, & fuit uerbum Abb. in preallega. c. sæpe nu. 12. de ap.

Vlpianus.

In peremptorio; *Licet inter edictum, & terminum differentia esse uideatur, argumentum in l. si idem C. de codicil. attamen non minus ligat edictum quam terminus §. omnem in auth. de litigio. unde sumpta ē auth. qui semel C. quomo. & quando Iud. duo in se habens, temporis peremptorij præfixionē & futuram processus comminationem sicuti de natura est cuiuslibet peremptorii, ut hic, idem Oldra. in d. consi. 3. col. 2.*

Secundo, dico quod peremptorium post litē contestatam impetratur cum Iudex uult diffinire causam idemq; est cum proxime dictis, ut hic & nouissime (licet ad aliud) declarat Purpura. in l. edita nu. 148. C. de eden.

Vlpianus.

Nonnunquam; *Quando dilatio conceditur à lege, cum ministerio iudi*

cis, licet citationes præcedere debeant peremptoriam, non minori spatio dierum decem, pro quaq; Iudex tamen ex causa quandoque mutat hunc ordinem, ut hic, & in l. siue pars. C. de dila. Bar. in l. 2. ubi & fusius Alex. post eum & post Iaco. de are. col. 3. ff. de re iud. Deci. multa in c. cum sit romana col. 5. de ap. & dictum quoq; fuit supra.

Secundo sciendum est, quod ab initio possunt dilationes cumulari, ut hic, alias si una pendeat dubium est tamen an alia poßit aßignari, de quo in l. quandiu & ibi Bal. col. 1. ff. de acqui. hered.

Tertio quod ex causa licet à lege recedere, quæ semper intelligitur excepta l. si hominem ff. man. l. si mater in fi. prin. ff. de excep. rei iud. l. hodie. ff. de pæn. l. quid ergo. §. pæna grauior ff. de his qui not. infa. l. inter omnes ad fi. ff. qui sat. cogā. l. i. ad fi. l. sed & si per prætorē in prin. ff. ex quib. ca. u. ma. l. procuratoribus. C. de procurato. l. 3. §. fi. ff. de adi. le. l. si cum Cornelio. ff. de sol. l. ad personas egregias. ff. de iure iur. Bar. in l. i. col. i. ff. de confe. l. qui iurato. ff. qui sat. cogan. l. qui seruum. ff. de uer. ob. l. si minor. ff. de ma. uind. l. si ruffinus. C. de mil. testa. Bal. in l. diuus in prin. ff. de peti. he. Bar. in l. si domus in §. qui confitetur ff. de lega. i. & in l. si finita in §. si quis autem. ff. de dam. inf.

not. in c. i. de consti. per Inno. & in l. per omnes C. de defen. ci. l. uix certis supra eo. l. i. §. quod autem ff. de offi. praefec. urb. l. obseruare §. fi. l. aliquando ff. de offi. pro con. l. fi. ff. de re. di. l. 4. in fi. ff. ne quis eum qui. multa ego in l. i. C. de eden. in l. 2. & 3. lectu.

Vlpianus

Et post edictum; *Quia tres termini aßignati reo, habentur loco peremptorij, etiam quod non exprimatur l. tres denunciationes, C. quo mo. & quando iud. c. de illicita 24. q. 3. not. Inno. in c. ad petitionem de accu. si alij ad idem aßignentur postea, aßignati de gratia intelliguntur ut hic & in l. iubemus C. eo. & in c. pro ut, de dolo & con. & in c. cõsuluit de offi. de. Rota decisio. 241. de dila. in nouis.*

Secundo uera contumacia (ut hic habetur in §. fi.) excludit ab appellando, nisi sit rusticus contumax, quoniam tunc secus, quandoquidem excusetur etiam à dolo praesumpto l. si quis id quod ff. de iu. o. iud. Bar. in l. fi. col. fi. ff. de resti. in int. Bal. in l. i. in §. fi. ff. de eden. Alex. in l. 2. col. 2. ff. si quis in ius uo. non ie.

Tertio, dicendum est, si quis habeat mandatum limitatum, per dictionem, siue aduerbium

tantum, eo finito agere amplius non poterit, ex quo dictum aduerbium in negatiuam sonat, ut hic in fi. prin. & in c. cum contingat de offi. de. & in c. cum Ecclesia sutrina de causa pos. & prop. ideo nouo mandato erit opus, & ut fusius declarat Gui. Papa. consi. 2. col. 2.

Quarto dubitatur, an renunciando instantiæ intelligatur quis renunciasse causæ, & respondetur quod sic, ut hic & in l. properandum in §. i. C. de iud. & maxime aduersario consentiente, quod etiam not. in l. i. C. de præscrip. lon. tempo. tradit Alex. & ibi Deci. latius in l. postquã liti nu. 13. latissime uero Ferrarien. col. 2. & 3. C. de pac.

Sexto dubitatur ibidem. an post litem contestatam, renunciatio hæc, possit fieri, & communiter tenetur (ut ibi Soci. refert col. i. contra Bar.) quod sic, in iure ueteri scilicet, quid hodie autem habetur in l. edita. C. de eden. & ibi diximus plene.

Septimo (ad principium redeuntes & ad dicta priora) sciendum est, quanquam nemo audiri debeat post peremptorium, quod auditur tamen Ecclesia, ope restitutionis in integrum, uel si celeritas purgationis moræ sit in causa, uel si aduersarij non interesset l. i. ff. de resti. in int. l. mancipiorum ff. de op. lega. Bal. in c. pe per illum tex. de resti. in int.

Octauo rurſum quod hæc lex loquitur propriè quando edictum peremptorium circunducitur, propter non comparitionẽ impetrantis. Et ideo ſubijcit purpu. in l. edita nu. 148. & bene. C:de eden. quod iſtud de quo hic locum habet etiam li te conteſtata, quo tempore ſolet peremptorium impetrari, ex quo Iudex uult cauſam diffinire. l. in peremptorio ſupra eo. Fel. in c. conſuluit de offi. del. col. 4. & dictum etiam eſt ſupra in d. l. in peremptorio. & ad propoſitum nota, quod cir cundücere, de quo etiam in l. acta. ff. de re iud. nil aliud eſt quam delere, tollere, oblitterare, au ferre & deſtruere, à uerbo græco περιγράφω pro ueniens.

Iulianus.

De qua re; *Si uendicans & agens poſſeſſorio, probauerit utrunque, ſuper utroque Iudex pronunciabit, quia de qua re cognouit de ea etiam uel ſuper ea, pronunciare debet ut hic, tradit Abb. in c. paſtoralis col. 2. de cau. po & prop.*

Secundo dicit ad idem etiam glo. in c. cũ eccleſiá Sutrina in uer. id uenire, eo. ti. quod id tã tum uenit in condemnatione, quod in libello con tinetur, ſuper quo facta ſit lit. cont. per rationẽ l. Con. hic.

Tertio, quod agens possessorio recuperandæ, non propterea declaratur dominus, si nihil probatum est, & asserit Ias. hanc esse communem opi: quæ potissimum per regu. de qua hic probatur, in l. naturaliter in §. nihil commune, colū. 17. ff. de acq. po.

Quarto, quod restitutio clericorum, ad quasi possessionem iuris eligendi, in casu. c. cum ecclesia Sutrina, de causa po. & prop. fuit utilis, ex quo satisfactum fuit iuri uolēti, de qua re Iudex cognouerit, quod de eadem etiam iudicat ut hic, & in c. cum super & ibi hoc ipsum glo. not. eo. ti. & Cald. in c. cū dilectus ad fi. eo. tit. & Abb. in d. c. cum ecclesia sutrina col. 8.

Quinto, quando excipitur post litem contestatam in casu. c. i. de plus pet. quod sententia diffinitiua condemnatoria, ferri debet, de soluendo tempore debito sub pœna, de qua ibi, ex quo Iudex obligationem reperit, licet ad diem, quo fit ut sic etiam debeat condemnare, & ita declarat Abb. in d. c. i. col. 4. Capel. Tholosa. decisio. 279. col. 2.

Est uerum (& sexto) quod hoc idem de quo hic non semper procedit, quando maxime, diffinitionem sibi reseruat delegans. Et quia Synodus quoque cognoscit de causa criminali Episcopi, & tamen non pronunciat, ut inquit glo. in c. ut inquisitionis in §. prohibemus de here. in 6.

& alijs de quibus Soci. in regu. 198. De incidenti quoque, cognoscit, sed non pronunciat, alibi Iudex in l. i. C. de ordi. Iudi. & Bald. ibi col. 2, late tamen Fed. de sen. consi. 159. col. 2. quod regulariter secus dicendum est, ut hic, idemq; Bal. in l. eos, in §. ne temere col. 2. C. de ap. Imò & glo. hic, ut in ea. latissime hic rursum Lamber. de rampon.

Septimo, quando facta est cumulatio, super utraque pariter est pronunciandum, inquit etiā Bar. per istam regulam in l. edita, col. 9. C. de edend.

Et glo. ibidem (ac Octauo) quod hac de re, post lit. cont. non poterit fieri mutatio actionis.

Nono, si non fit lit. cont. quod interlocutoria ferri potest, sine scripturæ recitatione, alias diffinitiua requiretur, quia ubicunque lis contestatur, ibi diffinitiua speratur ut hic. estq; utile hoc scire propter appellantes, ex quo aliter à diffinitiua, aliter ab interlocutoria appellatur, inquit Bald. in l. i. ad fi. C. de lit. cont.

Decimo, quod etiam si diceret lex, quem priuari ipso iure, requireretur nihilominus priuata sententia. l. i. §. calumniatores. ff. ad turpil. Bald. in auth. qui semel. C. quomo. & quādo iud. Alex. consi. 124. col. i. uol. i.

Vndecimo si de facto admissus quis fuit ad disputandum de iustitia uel iniustitia sentētiæ, deq;

ea constet, quod debet tunc retractari, ut hic, & in c. cum super de cau. po. & prop. imputan dumq; est parti non opponenti per prius excep. rei iud. ut not. Inno. etiam in c. cum dilecta de rescrip. & in c. cum Bertoldus de re iud. Abb. in c. quoniam contra, col. 12. de proba. & in c. cũ contingat col. 3. de offi. del.

Qui (& Duodecimo) dicit etiam, si quis ob tulerit se probaturum exceptionem contra testes ulterius reuocare non poterit seu penitere, quin super ea iudicetur, in c. quoniam contra, col. 5. eo. tit.

Decimo tertio, quod lis terminari debet, & fieri coram eo, coram quo cepta est, ut hic & in c. cum super de cau. po. & prop. & in l. ubi ceptum & ibi diximus supra eo. Anch. consi. 236. in prin.

Decimo quarto, quod iudex coram quo lis & instantia agitata est, etiam si foret delegatus, pronuntiare poterit, eam peremptam, si opponatur litis pendentia. & peremptio instantiæ replicetur, ita Soci. in c. uenerabilis, col. 27. artic. 29 de iudi.

Decimo quinto quod electus & confirmatus in Episcopum, non potest audire causas criminales clericorum, ex quo nec potest eos deponere, cum istud sit ordinis, & iudex iudicare teneatur de quo cognouit, ut hic, & pulchre declarat

Archid. in c. si quis col. 1. 18. q. 2.

Decimo sexto quoque si proponens se nullum beneficium assecutum, impetret literas, ut sibi de aliquo prouideatur, & præsentatis literis fiat canonicus alicuius ecclesiæ, quod Iudex nihilominus stantibus literis, ei beneficium adiudicabit, de quo tamen Archid. in c. clericus. 21. q. 1.

Decimo septimo, quod regula hæc generalis est & uera, tam in diffinitiua quam in interlocutoria, ut inquit Bal. in l. sancimus, in §. cum autẽ col. 2. C. ad treb.

Decimo octauo, quod commissa cognitione, uidetur commissa diffinitio, & pronunciatio regulariter. l. 3. §. qui habet & ibi Flo. hoc not. ff. de serui. rusti. prædio.

Decimo nono quod cognoscens super petitorio, super possessorio non pronunciat, de quo non cognouit. l. naturaliter §. nihil commune & ibi not. ff. de acq. po. Gui. papa. consi. 91. col. 2.

Vigesimo, quod Iudex de qua re cognouit, de ea pronunciat ut dictum fuit sæpe, prout ex actis & probatis tamen sibi constat. l. illicitas §. ueritas. ff. de offi. præsid. Imo. in c. cum dilecta de rescrip. & in c. cum Bertoldus de re iud. Fulg. con. 166. col. 1.

Vigesimo primo si expresse petitum sit, pronunciari de nullitate sententiæ quod Iudex potest & debet id quidem facere, ut Pau. Cast. tra

dit consi. 232. col. 1. uol. 1. Corn. consi. 2. col. 1. uol. 2. & consi. 4. col. 3. eo. lib.

Vigesimo secundo, quod ubicunque libellus offertur in causa, super ea diffinitiua sentensententia ferenda est, inquit etiam per regu. prat. pap. in for. lib. in actio. rea. in uer. per uestrā.

Vigesimo tertio, si essemus in causa ap. quod super ea pariter per regu. pronunciandum esset inquit Corn. consi. 290. ad fi. uol. 1.

Vigesimo quarto, dicitur etiam consi. 6. col. 1. & 2. uol. 3. si duæ petitiones fuissent porrectæ coram arbitris, quod foret super utraque pronunciandum.

Vigesimo quinto, si quis opponat exceptionē admitti non debuit, stante statuto, audiendum non esse quod super ea tamen (si admissus fuerit) erit pronunciandum, inquit idem Corn. cō si. 296. col. 6. eo. lib.

Vigesimo sexto, quod iudicandi onus necessarium est, ex quo iudex præcise cogi potest ad iudicandum, ut hic dicitur, & in l. munerum in §. iudicandi necessitas. ff. de mu. & ho. & in l. 1. ff. de iu. o. iud. & in §. ius iurandum in auth. de defen. ciui. & ubique not. quod iurisdictio est potestas de publico introducta, cum necessitate iuris dicendi & equitatis statuende, & firmat etiam purp. in rub. de transac. C. col. 4.

Vigesimo septimo, si causa meri imperij, quæ

regulariter delegari non potest l. i. ff. de offi. eius cui man: est Iu. propter absentiam magistratus maioris delegetur, non solum cognosci poterit, uerum etiam diffiniri. de quo tamen in d. l. i. ubi & nos multa Feli. in c. supra questionum col. 3. de offi. del.

Vigesimo Octauo, quod iudex, non potest supra suam iurisdictionem, Ius dicere l. fi. ff. de Iu. o. iud. nisi partes eam prorogauerint, ut hic in §. i. & ibi not. glo. & bene l. i. & 2. supra eo.

Vigesimo nono, quod mortuus condemnari non potest ut hic in. §. fi. & in l. pe. ff. quæ sen. si ap. re. Pau. Cast. consi. 63. ad fi. uol. 2.

Iulianus.

Si prætor; *Quod iudicis auctoritas ludibrio esse non debeat (ut hic dicitur) aduertit etiã glo. in §. si quis in uer. admonitus, in auth. de hæred. & fal.*

Secundo sciendum est etiam, quod reus si de corporali pæna agatur, non est fideiussoribus relaxandus, ex quo alias tempore sententie, posset recedere, & sic pæna esset elusoria, & male l. ita uulneratus. ff. ad legem aqui. & ita per istum tex. dicit etiam Ange. de are. in lib. Malefi. in uer. pro quibus col. 4.

Tertio si præcipiat Iudex aduocato ne sub pœna loquatur, & ipse nihilominus, locutus sit, quod pœna sibi poterit auferri, ex quo edicta et decreta iudicum, elusoria esse non debent, ut hic de quo tamen Alb. in statut. par. 2.q.153. Fusius in l. fi. col. i. C. mo. mulcta.

Quarto, quod lex regia quæ de Imperio supremi principis lata est, seruari debet, ne fiat ludibrio, quod hic rursum legitur, & in l. 2. in §. sanè C. de lib. & eo. lib. & in l. fi. in §. ubi autem C. de bonisque lib. & in c. commissa in §. porrò de elec. Bal. in consi. scima. quòd positum est, sub ti. C. si quis aliq. testa. probib. col. 5.

Quinto si datus sit terminus peremptorie, partibus ad probandum, non poterit postea instrumentum produci, alias foret iudicis edictũ elusorium, quod esse non debet ut etiam dicit per istũ tex. Archid. in c. iudicantem 30.q.5. col. 2.

Sexto quod intimatio facta à persona cuius intererat, ualet, ne alias præceptum intimantis fiat elusorium ut in pulcherrimo casu dixit Ro. consi. 6. col. i.

Septimo, in pulchriori Alb. in statut. q. 18. par. i. si cuilibet concessum foret, renunciare statutis, quod ea utiq; essent elusoria & male.

Octauo, quod non ab re proditum est, libel-

lum ineptum, fore dentibus lacerandum l. i. et ibi not. ff. de officio. asse. ex quo iudicium alias nullum foret, & sententia inde lata.

Nono quod in quacunque parte iudicij debet admitti probatio sui procuratoris, ex quo ad officium iudicis spectat, ne iudicia efficiantur, elusoria, inquit Ro. consi. 170. col. i. qui formaliter etiam dicit consi. 428. col. fi. ita agendum esse, ne constitutiones ludibrio positę censeantur.

Decimo, quod Imperator non uult imponere legem populis, qui non obediuntur, nec est, spes quod obediant, ne lex sua sit ludibrio, & in uanum posita, & ita loquitur tex. in l. cunctos populos, & ibi Bal. col. i. licet ad idem tex. istum non alleget C. de summa tri. & fi. catho. Aliquid Bar. ibi nu. 2. Signo. de homode. in l. princeps col. 3. & 7. ff. de legi.

Vndecimo si pœne imponantur puta hæretico, una ipso iure à lege, altera ab homine, quod concurrunt, alias lex ludibrio esset, ut adhuc inquit idem Bal. in loco præallega. col. 5. & quod lex, siue edictum prætoris elusorium esse non debeat, multa congerit Cur. Iuni. consi. 59. in prin. & consi. 62. nu. 4. Ro. in l. inter quos in §. alieno col. 2. ff. de dam. inf. non nihil ego in l. uerius ff. de proba. Bal. consi. 267. col. 2. uol. i. & consi. 269. col. 2. eo. lib. Crot. in l. fili

pulatio hoc modo concepta nu. 58. ff. de uer. ob. & in sententia Episcopi, idem dicit adhuc Bal. consi. 26. in prin. uol. 3. bonus tex. in l. qui petitorio ff. de rei uen. & in l. si quis rem ff. de arb. & in l. fi. iuncta glo. C. si sep. in integ. resti. postu. & in l. fi. ff. ne quid in lo. pub. & in l. solemus & ibi not. supra eo. Deci. seni. in l. ait prætor in prin. ff. de iure iu.

Duodecimo etiam, ne sit in facultate rei conuenti in actione reali, & ad exhibendum elude re iudicium, si confessus sit possidere tempore lit. cont. præsumetur etiam possidere hodie, ut inquit Odof. in l. siue possidetis col. 2. C. de proba. & in d. l. qui petitorio ff. de rei uen.

Hæreditas etiam (& Decimo tertio) non debet adiri ab eo, qui de conditione testatoris dubitat, an sit filiusfamilias, uel paterfam. ne faciat actum elusorium, inquit I. Con. in l. sed & si de sua in prin. ff. de acqui. hæ.

Est bene uerum (Decimo quarto) quod potest facere testator, quod legatum sit elusorium nec cautio mutiana locum habeat, notandumq; est l. fi. ff. de ma. testa.

In testatore dicimus hinc quoque (Decimo quinto) quod in dubio non præsumitur in uanū loqui uoluisse l. cum tacitum ff. de proba. Ro. consi. 122. col. 2.

Et non ab re rursum in l. i. in prin. ff. si quad.

paup. fe. dr. & in l. i. ff. de dolo. & in l. i. in fi. prin. ff. de offi. eius cui man. est iu. (Decimo *quinto non esse satis aliquid dici, nisi id etiam uerum sit, quia iudicium frustatorium fieri non debet.*

Decimo *sexto, Iudex etiam ex officio potest inquirere, nemine opponente an personæ sint legitime nec ne, ne processus frustratorius fiat c. i. de elec. in 6. Bal. in auth. offeratur C. de lit. cont. Paris pute, in tracta. sind. in uer. dicit consli. regni. col. 2.*

Decimo *septimo, per hnac regu. Imo. in l. pe. in §. ad crimen col. 17. ubi etiam Bened. de plu bi. nu. 14. ff. de pub. iud. unam ex pluribus rationibus assignat, quare in criminalibus non datur defensiones per procuratorem, quia scilicet iudicia facile redderentur elusoria. Non nihil Alex. in l. prætor ait in prin. col. 2. ff. de dam. inf. & consi. 116. col. i. uol. 2. & col. 6. aliquo casu tamen admistitur, puta pater uel do minus, ad defendendum filium uel seruum, ut tra dit Corn. consi. 281. col. 4. uol. 4.*

*Dico etiam ego (*Decimo Octauo*) in l. posthu mo. C. de bo. po. cont. tab. quod exheredato nõ aperitur edictum, ut bo. po. con. tab. habeat be neficio præteriti, sicuti institutio, ex quo exhe redatio in simili redderetur elusoria, non dispu taretur de meritis exheredati, qui iusta ratio ne ex-*

ne exheredatus uidetur, & male.

Ratione etiam ista de qua hic (Decimo nono) sententia lata à iudice seculari, debet per episcopum haberi rata & sic propter bonum publicum, inquit Bal. in statu. arbitrium nu. 29. et in auth. adhæc col. 6. C. de indi.

Si dixerim tamen (& Vigesimo) aliquando tolerari absurdum ut uitetur absurdius, & quod longe melius est legem fore elusoriam quam captatoriam, ex quo de duobus malis etiam minus eligendum est, non errabo. l. ita uulneratus ff. ad legem aquil. Bar. in l. cunctos populos C. de summa tri. & fi. cat. l. fi. & ibi Cy. C. de fruc. & lit. expen. hinc Castor testes sibi præcidit ne capiatur. Mercesque in mari proijcit, ne mergatur Nauta. Facit etiam tex. in l. i. in §. i. C. de iusti. Cod. confir. Butigel. in l. i. col. 3. ff. de uer. ob.

Vigesimo primo, si iudex declarauerit aliquē esse debitorem eum condemnare uidetur, inquit idem Butigel. in l. si is cui, signanter per istum tex. col. 6. ff. eo. & Bar. hic ante eum, & singu. esse dicit. & Pau. Cast. consi. 274. col. 2. uol. 2.

Et his stantibus (Vigesimo secundo) quod scilicet, lex ludibrio esse non debet, ut hic & in legibus supra allega. & in l. fi. in §. ubi. C. de bonisque lib. & in l. fi. ff. quod quisque Iu. ille

ſenſu eligendus eſt, per quem ipſius legis ſortia-mur effectum l. cum quidam. C. de uer. ſi. l. omnino C. de lega. l. ſi per alium. §. docere ff. ne quis eum qui l: quotiens. ff. de uer. ob. l. 3. ff. de mi. teſta. Stepha. Fed. de int: iur. col. 60.

Vigeſimo tertio, tabellio creatus poſtea depoſitus, non poteſt de nouo recreari per comitem palatinum, ex quo leges ludibrio eſſe non debent, ut dicebat Old. quem refert & ſequitur Bal. in l. 3. in prin. C. de uind. lib:

Vigeſimo quarto, quod bis eadem reſtitutio peti non poteſt, quia ſententia à qua non fuit appellatum traxit ſecum ſuum effectum, & ſi poſſet iterum peti, iam ſententia nihil operaretur, haud dicendum l. i. & ibi Bal. C. ſi ſæp: in int. reſti. poſtu.

Vigeſimo quinto, quod in cauſa criminali, non iuratur de calumnia, ex quo licet reo ſe defendere per calumniam, negare ueritatem, & peierare et ſic fruſtatorium foret iuſiurandũ de quo tamen idem Bal. in l. i. col. 2. C. de iura. cal. in ſimili Seue. de debito. ſuſp. q. 11. col. 2.

In reformatione ducali etiam (Vigeſimo ſexto (aliquando ſic dixit, Pau. Caſt. quod debet aliquid aperari ne ludibrio facta uideatur, cõſi. 351. uol. 2. & in præceptis iudicis, idem dicit Bal. conſi. 67. ad fi. uol. 3. & in ſententia, nouiſſime glo. in l. et ſine in §. ſed quod papinianus

in uer. restitui. ff. de mino. & ideo discretus iudex debet prospicere ne fiat huiusmodi, inquit Pau. Cast. consi. 407. col. i. uol. i. Boeri: decisio 48. num. 6. par. i. & decisio 298. nu. 4. par. 2. & decisio 326. col. i. ea. par. Corn. consi. 261. col. 2. uol. 3.

Vigesimo septimo, quod beneficio inuento fauore publico, ut sic succureretur debitorum facilitati opponendi exceptionem non numerate pecuniæ intra biennium, renunciari non potest, ne frustra inuentum uideatur, ut dicit etiam Albe. in l. si ex cautione col. fi. C. de non nume. pecu.

Vigesimo Octauo, quod hac ratione cessante & ubi non uertitur causæ cognitio, aliqua fieri poterunt etiam die feriato, in honorem dei, & maxime in executione sententie, ita Gui. Papa decisio 215. col. 2. & 3.

Vigesimo nono, quod iudex potest exequi sententiam alterius, ipsum requirentis Imò & de nullitate cognoscere inquit idem Gui. Papa decisio 574. col. i. & Ias. ante eum in l. à diuo pio in §. i. col. i. ff. de re iud.

Dicit etiam (Trigesimo) Gemi. alibi, quod decretum siue auctoritas superioris inducit præsumptionem, quod omnes solemnitates interuenerint, ne sit elusoria, consi. 48. col. 4. de decreto, Corn. consi. 136. col. 2. uol. 3. & consi. 308. ad fisco. lib.

Trigesimo primo Bal. quod error post sententiam allegari non potest, alias nunquam esset litium finis, consi. 426. col. 2. uol. 3.

Trigesimo secundo, si litigetur coram Papa, quod omni casu erit iudex competens, non si coram senatore, ideo media uia eligenda est, qua iudicium non reddatur elusorium, inquit Pau. Ca. consi. 179. col. 6. uol. i.

Trigesimo tertio pretorum beneficio decipi non debemus quod utique dicendum foret, si eorum decreta essent elusoria, dicit hinc Fulgo. consi. 182. col. 2. & Imo. ante eum consi. 98. col. 2. Corn. consi. 128. col. 2. uol. i.

Trigesimo quarto si mandat lex. contractum emphiteoticum probari debere, per instrumentum, & non per testes uidetur prohibere probationem per testes, omni casu etiam quo perueni tur ad probationem iuris emphiteotici, alias elusoria fuisset legis prouisio, ut dicit Alex. consi. 94. col. 2. uol. 7.

Trigesimo quinto, non debet etiam quis admitti ad actum iudiciarium, qui factus non releuet, quia iudex non debet facere actum frustratorium ita Corn. consi. 87. ad fi. uol. i. & consi. 46. col. 3. uol. 2. & col. 5. & consi. 282. col. 6. uol. 3. & consi. 315. col. fi. eo. lib. Ro. consi. 170. col. i.

Trigesimo sexto, dicitur hinc etiam, quod

appellatio ab intelocutoria, non suspendit iurisdictionem iudicis à quo c. non solum de ap. in 6. & si iudex processerit post appellationem castigabitur qnia non debuit processum frustatorium facere ut hic, & tradit Corn. consi. 120. ad fi. uol. i.

Qui dicit etiam(& Trigesimo septimo) alibi, quod lex noua interpretatur aliter, quam alias foret interpretanda, ne de facili ludibrio reddatur dispositio, consi. 185. ad fi. uol. 1.

Et alibi (Trigesimo octauo) quod dispositiones maxime pontificis, debent ita & taliter intelligi, ne ludibrio esse poßint consi. 278. col.6. eo. lib.

Si litere (Trigesimo nono) dolo obtente fuerint processus erit etiam nullus, citra omnem exceptionem, sicuti in sententia lata dolo præsentis, contra absentem, ut hic in §. Marcellus, Abb. pulcbre in c. cum dilecta col.3. de rescrip. Pulchrius Bal. in c. contingit col.4. de dolo & cō.

Quadragesimo quamuis non ualeat sententia obtenta contra absentem per falsas allegationes ut hic rursum dicitur, ualebit tamen si tacuit & nihil allegauit c. si duobus de ap. & ibi not. Bar. in l.i. in pe. col. C. de satisdan. & quod alias sit ipso iure nulla, ut supra nouißime tradit etiam Bal. in l. qui testamento col. 2. ff. de testa.

Dicit etiam Bar. (Quadragesimo primo) quod dictum hic debet intelligi si lata sit dolo aduersarij ex quo alias per appellationem rescindi deberet in l. qui Romæ in .§. duo fratres col. 3. ff. de uer. ob. et necessarium non est; quia iam dictum fuit ex falsis allegationibus latam, probabilis tamen est declaratio, & non spernenda l. i. .§. quamuis ff. de uen. inspi. nisi dicamus, quod retractetur; & quod etiam sit ipso iure nulla distinguendo ut hic not. pulchre Bar. in l. diuus in prin. ff. de re iud. Ias. in l. 2. col. 2. C. de eden. & in l. i. in .§. edenda ad fi. ff. eo. Nonnihil Gui. Papa consi. 119. col. 4. Capel. Tolosa. decisio 282. plene. Bellame. decisio 217. quid in diffinitiua, & inter locutoria lata ex falsa causa.

Quadragesimosecundo, quod stetur etiam Iudici asserenti de conscientia sua, ut hic not. tradit quoque Bal. consi. 310. col. 2. uol. i. dicens alibi etiam, quod quantum ad præsumendum pro sententia iudicis, statur uerbo ipsius, nisi ab ea sit appellatum consi. 254. in fi. uol. 2.

Et quoniam (quadragesimo tertio) sententia (ut dictum est) ex falsis allegationibus lata nulla est, deberet dari copia allegationum parti, de quo tamen in d. l. 2. dictum est satis, ubi & alij. C. de eden.

Hanc. l. in hac parte (Quadragesimo quar

to) non intellexit Inno. & testatur Bal. in c. cũ in iureperitus nu. 11. de offi. del. Ex quo sentẽtia (ut dictum fuit & bene) lata fuit contra absentem, ex falsis allegationibus, & consequenter est nulla ipso iure. Inno. uero uolebat, ab ea appellatum fuisse, & (ut dictum est) male.

Quadragesimo quinto, si petita sit restitutio aduersus sententiam, executio impeditur, & est rationabile, quia suspenditur pronunciatum, ut per appellationem l. præfecti etiam prætorio. ff. de mino. l. i. §. fi. ff. ad turpil. Pau. Cast. consi. 257. col. 2. uol. 2.

Quadragesimo sexto sicuti in libello, non requiritur expressio causæ, si non opponatur. l. fi. C. de anna. excep. & tamen si exprimatur & falsa quidem, uiciatur, ita uiciatur sententia ut hic not. per Ang. late ultra eum Ferrarien. in l. i. col. 8. ff. de iu. o. iud.

Alphenus.

proponebatur; *Quod eadem legio esse dicatur, ex qua multi decesserũt, in quorum loco alij subiecti sunt, & idem populus hoc tempore, qui ab hinc annis centum fuit, ut per Fed. de sen. consi. 15. col. i. & consi. 17. ad fi. glo. in l. forma in §. quanquam. ff. de censi. & hic, & in c. deniq; 7. q. 1. Gui. papa*

decisio. 279. & consi. 171. col. 3. Corn. consi. 22. col. 4. uol. 3. Fel. in c. de causis col. 2. de offi. de. ita etiam dicit Collegium Bononien. in consi. olim facto pro decisione controuersiæ, existentis inter Monachos. S. Benedicti, & Canonicos regulares S. Augustini col. 25.

Secundo dico, quod successor, idem Iudex reputatur, ut per istum tex. signãter inquit etiam Deci. in c. ex ratione, col. ult. de ap. Ferrarien. in l. more col. 5. ff de iu. o. iud. Fed. de sen. con. 30. col. 2. Fulg. consi. 183. col. 3. Iaco. de Belui. in §. & hoc uero col. 2. in auth. ut nulli Iud. Bald. in l. si tibi in §. i. col. i. ff. quod cuiusque uni. no. Feli. in c. quæ in ecclesiarum col. pe. de consti. & in c. eam te col. 12. de rescrip.

Tertio dicit etiam Pet. de Ancha. quod Canonici substituti loco mortuorum, capitulum repræsentant, quodq; sunt ijdem cum defunctis, in c. priuilegium col. pe. de priui. in 6. & quod nouus Canonicus ob id agit de contemptu Canonici prædefuncti. Cald. consi. 21. col. i. de præben.

Quarto Abb. quod Episcopus Senensis semper est idem sicuti idem populus (ut dixi) quamuis indiuidua quotidie mutentur, in c. quoniam Abbas col. 3. de offi. del.

Et Ias. (Quinto) licet augeatur familia uel decrescat, quod eadem semper durat. in l. quo minus in 27. col. ff. de flumi.

Sexto Paulus Cast. in l.i. col.2. C. de iur.o. iud. Si legetur grex, quod non modo capita ueniunt quæ erant tempore testamenti, uerum et quæ postea addita fuerunt, quia censetur eadem uniuersitas.

Septimo Archid. in c. hortamur, col.2. 71.d. ubi populus parrochianorum idem est hodie pariter qui erat olim.

Et Aret. (Octauo) quod Collateralis qui est Vicarius, representat potestatem, estq; unum & idem tribunal, consi. 130. col.2.

Et Bar. (Nono) in tracta. de regi. ciui col.2. quod tota ciuitas est una persona, & unus homo artificialis & imaginatus.

Decimo, si donatio ab uniuersitate proficiscatur, perpetua est, quia uniuersitas nunquam moritur, ut inquit etiam Ancha. consi.327. col. i. & Abb. in c. dilectus col.3. de Simo. Alex. cō si.9. col.2. uol.3. Corn. consi 43. ad fi. uol.2. Castren. consi.455. col.i. uol.i.

Et hinc Feli. (Vndecimo) quod reficiens à simili, non dicitur de nouo facere, in c. consuluit col.i. de iude. Et ita etiam Alb. in probe. C. col. 5. quod secundo loco liber ille Codicis lectus, & additione facta nō erit alius. In simili Feli. quod additum, fit pars eius rei, cui additur, in c.i. col. 3. de iure iu. Feli. in c. dilectus col.2. de simo. Feli. in c. cum accessissent col.18. de consti.

Et Ro. (Duodecimo) quod Collegium non aliud est quam homines præsentes, uel hij qui in locum præsentium subrogantur, consi. 436. col. 2. Aliter Abb. quod tenet uices unius, & quod est corpus fictum & representatum in c. fi. col. 10. de consue. Por. in §. si grex, insti. de lega.

Et pro rei ueritate (Decimo tertio) res eædem esse dicuntur, licet quantitate, accidentibus, uel qualitate differant. l. fi. ff. de fun. inst. instrumentoq; lega. l. & an eandem §. i. ff. de excep. rei iud. l. seruitutes §. si sublatum. ff. de serui. urb. prædio. c. inter corporalia de transla. præla. Bal. in l. de quibus. ff. de legi. Ias. inst. de ac. in prin. col. 4. & ut hic etiam clare legitur. Regien. in l. si quis in fundi uocabulo col. 14. ff. de lega. i. Bar. in tracta. de alueo col. 5. Ro. consi. 198. col. i.

Decimo quarto, dico quod nasciturі ad mille annos in populo interdicto, eo non sublato essent interdicti ex supra dictis, & not. in c. si sententia, de sen. exco. in 6. Fed. de sen. consi. 32. col. 3.

Decimo quinto, inquit Bar. in l. meminisse in prin. ff. de offi. procon. quod licet mutentur officiales officium tamen est idem, & ut supra in simili dictum fuit, nouissime est argumentum in l. sed si manente ff. de preca. Bald. in probe. ffqrum in §. hæc autem tria col. i. Bar. in l. i. nu. 9. ff. de iu. o. iud.

Decimo sexto, si Iudex dixerit quoad potestati placuerit, dignitas non moritur, nec morte personæ finitur, ut hic & in c. quoniam Abbas, de offi. del. & in c. si gratiose, de rescrip. in 6. & in l. annua in §. 1. ff. de an. lega. Bar. in l. centesimis in §. fi. col. 2. ff. de uer. ob. & in l. cum apud col. 1. & 3. ff. iud sol.

Decimo septimo dicit etiam in l. cum & Iudices col. 2. C. de iur. cal. quod ex eisdem actis iudicandum est, & adeo quidem, ut si in medio litis mutetur Iudex, non sit amplius de calumnia iurandum.

Et alibi (Decimo octauo) quod Iudex mittit executioni sententiam Iudicis, cui successit, alias non, nisi cum distinctione, in l. à diuo pio in §. sententiam in prin. ff. de re iud. & potest etiam illā interpretari. Inquit Prat. pap. in for. sen. diffinitiue uer. p. pub. col. fi.

Decimo nono, quod quamuis ecclesia destruatur, durant tamen indulgentiæ, si de facto nihilominus id factum sit, non si de iure recuperauitq; olim Lazarus resurgens, diuina uirtute, & miraculo magno Christi, bona sua; quia esto quod nō fuerit idem numero, fuit tamen fictione l. seruitutes §. si sublatum, & ibi multa Flo. ff. de serui. urba. præd. & confert ad id quod dicitur in l. qui res in §. aream. ff de sol.

Sumitur hic etiam argumentum (Vigesimo)

quod similitudo per connectionem consideretur argumentum in l.eum qui ædes.ff.de usucap.

Vigesimo primo, quod molendinum est huius modi simile, qui non conseruatur, nisi per restaurationem deperditi, ut per Bal.consi.145. col. 1. uol.3.

Vigesimo secundo, tempus, prout terminatur ad ultimum finem, dicitur esse cõtinuum, ex quo tendit ad unum terminum & ad unam conclusionem, inq; sui substantia, constat ex momentis, quæ discreta sunt, & dum unum uenit, aliud recedit, ut hic, & per Bal in l.si cum hermes in fi. C. loca.

Vigesimo tertio dico, quod ægritudo etiam subrogata, loco primæ, eadem est, inquit Io. And.in reg.contractus, col.3.de reg iu.in mercu.in q.illa, an medicus recidiuantem infirmum, curare teneatur, pro salario conuento.

Vigesimo quarto, quod donatio Constantini facta ecclesiæ, multis rationibus ualuit, tum maxime illa, quod facta fuit populi auctoritate, qui nũquam moritur, ut hic, & ut supra dictum est pariter, nouissime Bal.in probe.fforum col.4.

Vigesimo quinto, quod acta siue Iudicij ordinatoria, siue causæ instructoria, quando instantia non est perempta, faciũt fidem coram Iudice subrogato, adeo ut super eis procedi possit, sicuti coram prædecessore, ita Abb. in c. causamq; col. i.

de testi

Vigesimo sexto, quod sicuti Iudex errans, errorem corrigit, ita successor, potest corrigere errorem prædecessoris l. iure nostro ff. de testatu. Bal. in l. si accusatoribus col. 2. C. de accus.

Vigesimo Septimo si iudex dixerit condemnamus in expensis, reseruata nobis taxatione, quod successor poterit hoc facere, ex quo reseruatio facta est iudici ut iudici, non ut priuato, alias non posset l. Pomponius scribit si frumentum ff. de rei uen. l. illicitas §. ueritas ff. de offi. præsid. & ibi not. Bar. in l. terminato col. 2. & 3. C. de fruc. & lit. expen. Prat. pap. in for. lib. in ac. rea. uer. & expen. col. fi.

Vigesimo Octauo, in debito publico, quod id quod unus soluere non potest, soluit ciuitas tota, ex quo hæc eadem, remanet obligata, ut hic & in l. sicut ff. quod cuiusq; uni. no. Bar. in l. 2. in prin. C. de apo. pub. lib. 10.

Vigesimo nono, rector ecclesie tenebatur quotannis ponere pannum aureum, in certo nobilis sepulchro, inq; memoriam, & recordationem, ipsius pannus uetustate factus est inutilis, & protritus, recusabat rector alium ponere, in capella Tholosa. fuit decisum, quod teneretur, ex quo non alius uidetur a primo, decisio 90.

Trigesimo, ex quo consuetudo inducitur taci to populi consensu, l. de quibus ff. de legi. popu

lus ipse dicitur esse semper præsens ex quo consen sit, ut hic, Corne. pulchre consi. 268. col. 4. uol. 4.

Trigesimo primo dicendum est, quod forma substantialis sit illa quæ dat esse rei l. Julianus §. sed & si quis ff. ad exhib. cle. i. de baptis. accidentalis uero, quæ mutata materia non desinit esse eadem, ut hic & in l: mortuo supra eo. Feli. in c. cum dilecta col. 10. de rescrip. Bar. in tracta. Tyberiad. col. 39.

Trigesimo Secundo ad materiam dico, quod cum homo paruulus nascatur, quotidie crescat non diuersificatur, sed usque ad centum annos idem homo est, ut per istum tex. dixit Pau. Cast. consi. 389. col. i. uol. i.

Trigesimo tertio dicit etiam Alua. in c. i. in §. i. col. 2. de alie. feu. in usibus, quod ecclesia eadem est, etiam quæ fuit à centum annis retro. & con. sequenter ob hoc quod est cultrix iustiçiæ, & quod in alio non patitur, nisi seruari eã quæ aliorum in se seruari uult & intendit.

Trigesimo quarto, quod hic species pro qualitate capitur & in l. si sub specie. C. de postulan. & in l. fi. ff. de fun. inst. alibi uero pro substantia in l. 2. in prin. ff. si cer. pet. not. in l. edita per illum tex. C. de eden.

Vlpianus.

Eum quem temere; *Si quis renunciauerit petitorio transiens ad possessorium, in expensis est condemnandus, nisi aliquo extrinseco excusetur, ut hic, & in c. calumniam, de pæn. & in c. fi. de do. & contu. Abb. in c. pastoralis col. 12. de causa po. & prop.*

Secundo dico (ut hic rursum habetur, et not. idem Abb. in præallega. c. calumniam col. i.) quod actor non modo in expen. condemnandus est, si calumniose litiget uerum etiam si temere ut inquit etiam Bar. in l. edita col. 10. C. de eden. & in l. qui solidum in §. etiam ff. de lega. 2. de quo aduerbio etiam in l. fi. C. commi. uel ep. & in l. 2. C. qui bo. ced. po. & in l. seruus dotalis ff. sol. mat. & in rub. de pe. teme. lit. insti. & in c. rursus, qui cle. uel uouen.

Tertio sciendum est hanc l. intelligi de sumptibus litis, ita ut si quis destiterit, non teneatur ad cætera damna reo illata, inquit Bal. in l. rem ff. de dolo. & Iaco. de are. in tracta. expen. in prin. Alex. consi. 47. ad fi. uol. 6.

Quarto dicit Bar. alibi, quod iuramentum excusat à calumnia, non à temeritate, & ab expensis, quæ ueniunt propter temeritatem in l.

i. in §. banc autem in fi. ff. ſi mul. uen. no. & in l. i. in prin. col. 3. ff. ad turpil. & in l generaliter ad fi. C. de ep. & cle. nonnihil in l. creditores ad fi. ff. ad legem Iul. de ui priua. Soci. in l. ait prætor in prin. ff. de iure iu.

Quarto ſcias, ubi in citatione eſt obſcuritas, & maxime ratione perſonæ, & æquiuocatio in nomine quod non ualet, neque arctat citatum, ad comparendum, & ſi fuerit confuſa dicetur temeraria ut hic not. Bal. in l. i. ff. de lib. & poſthu. & in l. hac conſultisſima col. 2. C. qui teſta. fa. po. & in l. ſi quis ſeruum in §. ſi inter duos col. 2. ff. de lega. 2. & in l. ſancimus col. 2. C. de iudi. & in l. non ignorat ad fi. C. de fruc. & lit. expen.

Quinto, quod qui non probauit quod in iudicium deduxit condemnatur in expen. ut in excõmunicatione inquit Abb. in c. cum contingat ad fi. de offi. del.

Eſt uerum (& Sexto) quod plerunque ratione naturalis æquitatis, fit abſolutio ab expenſis, ex quo temeritatem litigantium excuſat ita Bal. poſt Inno. & Hoſti. conſi. 323. ad fi. uol. i.

Septimo dicitur etiam in l. edita. C. de eden. inque illis uerbis, pro ut edicti perpetui monet auctoritas & ius rẽdẽtis decernit æquitas, quod emendans libellum non auditur niſi refectis expen. idemque Bal. met formaliter conſi. 3. ad fi. uol. 2.

Octauo, quod decima pars litis olim idest esti mationis deponebatur, quæ mulcta erat temere litigantium. Sexta uero exigebatur ab his, qui reum per calumniam fecissent, nec conuincere potuissent, Fusius ego in libello, quiα ναλεταιn scribitur.

Nono, quod error improbabilis non excusat ut inquit Bellame. decisio 756. col. 2.

Decimo quod etiam in criminalibus uenit refectio expensarum, inquit Bal. per generalitatē huius legis in statu. expense nu. 2. ubi dicit etiā quod temeritas considerabilis est quoq; respectu unius articuli:

Vndecimo dicit Bar. si in die solemni reus citetur, quod non tenetur comparere quodq; potest expensas petere ab actore, in tracta. de ordi. iud. col. 2. & est tex. in l. dies festos C. de fer: idem Bar. in l. i. in §. nunciatio ff. de no. o. nū.

Et Pau. Cast. in l. destitisse (Duodecimo) ad fi. supra eo. quod actor nunquam excusatur ab expensis, etiam, si uideatur iustam habuisse igno rantiam ex quo debuit perquirere. Ferrarien. in l. qui accusare col. i. C. de eden.

Decimo tertio, Si procurator intentat mandatum, quod dicit sibi per scripturā factum nec id producat, temere facit, ex quo debet ipsius probationem præparare antequam faciat citare partem, ita Bal. in l. Cautio col, 2: C. de procu.

Decimo quarto, dico, si actor contumax est in expen. condemnandus, multo magis condem nandus est reus, licet in eo non reperiatur tanta contumacia, ut declarat Purpu. in l. 2. nu: 74. C. de eden.

Decimo quinto, si patronus ecclesie uocetur in ius sine uenia, à Rectore ipsius ecclesiæ, uel dominus à Vasallo, iuxta not. in c. i. de mil. uaqui contu. est in usib. uocatio non erit impunita quia tanquam temerarius uocatur condemnabitur in expen. ut idem Purpu. ait in rub. C. de in ius uo. nu. 25.

Quod super facto etiam (Decimo Sexto) non sit Imp. uel Princeps, aut Iurison. consulendus ut hic in §. i. not. etiam in l. i. ubi ego & cæteri omnes late C. de eden. bonus tex. in l. non statim ff. ad legem faui. de plagia. & in l. seie in §. fi. ff. de fun. inst. et in l. idem erit ff. de sta. ho. glc. in l. i. C. de rela. et in l. solent in §. legatos ff. de offi. procon. et in §. fi. in auth. de iudicib. Pet. de bella per. q. 448. et nimirum quidem, quia facta prudentissimos etiam fallunt, cum sint incerta l. 2. ff. de iu. et fac. igno. l. unica C. de sen. quæ pro eo quod int. c. de muliere, de sponsal. et ideo minor ann. XXV. deceptus in iure, si petat restitui non auditur, si in facto sic, ratione supra dicta, quia facta fallunt plerunque etiam prudẽtissimos homines. ita Alb. in l. i. C. qui & ad

uer: quos. & ad propositum alibi etiam dicitur, quod facti q. est in potestate iudicis, iuris uero auctoritas, in potestate legis, quanta scilicet sit testibus fides adhibenda, ut hic not. l. 3 : §. i. ff. de testi. l. ordine .ff. ad munici. l. i. §. calumniatoribus .ff. ad turp. Glo. tamen in l. diuus ff. de offi. præsid. (quicquid dictum sit supra) limitat istud in principe, & male ac contra iura supra allega. & quod non super facto, sed, super iure sit consulendus, tradit etiam Bar. in l. i. in §. quæsitum in prin. ff. de ap. & dicit Cy. rursum in d. l. i. in prin. C. de eden. quod non est super facto consulendus, ut super facto respondeat, sed ut statuat legem super eo. & est argumentū in l. ex plagis in §. in clyuo. ff. ad legem aquil. Bal. consi. 471. ad fi. uol 3. quod tamen plerūq; super qualitate facti, consulatur; sentit Albe. in d. §. legatos nu. 2. & dicit alibi in l. ut responsum C. de transac. Saly. quod ignorans factum non potest bene respondere de iure. & recte quidem d. §. in clyuo.

Decimo septimo, si iudex nolit mittere in possessionem, quod cogetur, per suum superiorem, cuius officio subalternatur, ut hic dicitur Bal. in c. grauis nu. 16. de resti. spol. & in c. cum dilecti col. 2. de dolo & contu.

Pomponius:

Si in nomine; *Quod falſa demonſtratio non niciet ut hic ſatis ſuperque dictum fuit in l. demonſtratio, & in l. falſa .ff. de cond. & de. igitur hic aliter nunc, non inſiſtam, (ut ille enim ait) Ridetur corda qui ſemper oberrat eadem.*

Vlpianus.

Qui neq; *Neq; hic inſiſtendum duxi, quoniã trita deciſio eſt, priuatorum conſenſu iuriſdictionem, non tribui, non habenti l. priuatorum conſenſus C. de iu. o. iud. & ut hic etiam per glo. & in l. i. ſupra eo. & in c. ſignificaſti de fo. comp. & hac de re dicimus de receptis arbitris à partibus, quia partes (ut dixi) iuriſdictionem non tribuunt, ut per glo. in rub. ff. de arb. Capel. Tholoſa. in pulchra. q. deciſio. 221. Iaſ. in l. ait prætor col. 2. in prin. ff. de re iud. & quod ſententia nulla, ualet ſolum conſenſu partium in uim pacti, non in uim ſententiæ l. 2. C. communia ut. iud. & ita intelligere glo. in l. i. C. qui pro ſua iur. Cald. conſi. 8. col. 2. de re iud. & quod denique electio ſic, non tribuit ius electo, niſi tantum quoad hoc ut per eligen-*

tès reuocari nō poßit, ita Bar. in l. sed, & reprobari in prin. col. 2. ff. de excu. tuto. & ad propositum quod compromissum priuatam iurisdictionem nec dare nec auferre possit, maxime perpetuam, nouisſime tradit Bal. consi. 142. ad fi. uol. i. Dicique etiam poteſt quod processus non ualeat, si literæ delegationis non præsententur, nec à parte opponatur, cuius contrarium tamen aliqui tenuerunt in c. ſuper eo. 2. de appel. & male, quoniam ſic (ante præsentationem enim Iurisdictionem non habet iudex) priuatorum cōſensu iurisdictio tribui uideretur, & (ut dictum eſt) male, & aduertunt etiam Moder. perusi. in d. c. ſuper eo. col. 3. & hinc dicebat etiā Ro. quod pars non poterit consentire in iudicem excomunicatum, ut iudicet consi. 48. col. i. & Bal. alibi, coram priuato.

Et Ancha. si quis non habebat priuilegium creandi notarios, quod communis opi. sicut error, non facit quem notarium, qui ab eo officium tabellionatus accepit, nec per eum geſta ualebunt, consi. 213. col. 3. & Rota siue Bernar. de bisgne. decisio. seu conclu. i. quod dependens à facto principis, & sic à iure publico, non uidetur esse ſub aliqua partium diſpositione positus. & Rota decisio. 324. ad fi. in nouis. quod iurisdictio de legata, ante finem temporis de conſensu partium prorogatur, poſt uero non innouatur.

& Bal. in l. i. C. de peda. iud. quod id quod nullum est prorogari non potest. & in l. i. ad fi. C. de iu. o. iud. quod iudex mutine, Bononie est priuatus l. fi. ff. de offi. praef. urb. quodque consensu priuatorum ibidem iurisdictio conferri non potest.

Vlpianus.

Nonnunquam; *Si est aliquis condemnatus ad mortem, potestas alteri executionem committere potest; imò & executorem compellere, dum modo non sit sacerdos, uel honesta persona, ut hic not. & in l. fi. ubi Gul. de Cun. ff. de pigno. ac. Bal. in l. fi. in fi. C. de execu. rei iud. Qui dicit alibi etiam, quod sic iudex committere potest executori, si sint ali qua in bonis debitoris, quae sine questione capi possint, uel non discutiat, imò quod talia sunt, quae committi solent, executoribus, ut tanquã arbitri inquirant in l. 2. col 2. ad fi. C. quando fis. uel priua. Laus Deo optimo maximo.*

FINIS.

Vlpianus lib. III. ad edictum.

SVMARIVM.

1 *Casus Legis.*
2 *An lex ad legem sit continuanda.*
3 *Quando iurisdictio Iudicis non sui, possit à principio prorogari.*
4 *Factum per uiolentiam est ipso iure nullum.*
5 *In prorogatione Iudicis de persona ad personam an ipsius consensus requiratur.*
6 *Quod legi satisfieri debet.*
7 *quod prorogatio iurisd. de tempore ad tempus fieri potest consensu partiũ, & Iudicis.*
8 *Oppositio contra tex. fortis; & ibidem Sol. facilis.*
9 *intellectus, quod prorogatio non ualeat si partes errore iuris uel facti in Iudicem cõsentiant.*
10 *Casus in quo tit. de cond. ind. locum non habet.*
11 *Quando processus condici dicatur.*
12 *An tempus instantiæ triennalis possit prorogari.*
13 *An Iudicis consensus requiratur in quocunque casu prorogationis.*

14 *Cuius loci statutum iudex prorogatus sequi debeat.*
15 *Legati non possunt conueniri Romæ, de debito quod ante contraxerunt.*
16 *Quid in curia Papæ.*
17 *An istud sit indistincte uerum.*
18 *An tex. iste locum habeat in clericis exemptis:*
19 *An pro represaliis posśint capi.*
20 *Quid de eorum famulis & seruitoribus.*
21 *Quid in peregrinis qui Romã se conferũt, peregrinationis causa.*
22 *Quid in eo qui officio Iudicis conuenitur.*

1 Consensisse; *Quia dictum est supra in l. i. quod duo in Iudicem non suũ consentientes, eius Iurisdictionem prorogant, (Sumario enim & diuisione plana est ista, dic ut in ea) efficiuntq́; ut de eorum controuersiis, omnimodo cognoscere posśit, quæritur, aliquando enim iuris errore, uel facti, consentimus, licet consensus abusiuus sit argumentum in l. paulus. ff. de uer. si. & in l. 2. ff. quemadmo. testa. ap.) an & quando, quis consentire uideatur. & an consensus istis modis legitimus esse dicatur, ita ut eius, qui tribunali præest, iurisdictio*

prorogata dicatur, Vel aliam iurisdictionem habeat, si praestetur.

Et prima facie dicendum uidebatur quod sic, dubiumq; faciebat, quia uidemus hinc, quod pleraq; errore fieri possunt, uel quod saltim facta non possunt retractari, exempli gratia in uniuersitate, uel populo, errore litigantibus, coram Iudice non suo, nanque per actus tales, errore non obstante consuetudo introducitur. l. quod non ratione. ff. de legi. Bar. in l. 2. col. i. C. quae sit lon. con. not. in c. fi. de consue. per tamq; datur ac tribuitur iurisdictio non habenti, ut declarat Bal. in d. l. 2. col. 4.

Et idem in Iudice potest dici, qui mero iure Iudex est, sed potest priuilegio, eius iurisdictio declinari, quoniam si per errorem processerint partes, processus ualebit pariter, secundum glo. infra in uer. consensus. Vel si pronunciasset se competentem, nec á sententia, appellatum fuisset ut per Inno. in c. super literis de rescrip.

Nihilominus contrarium hic deciditur, & ratio decisionis est, quia errans non consentit, siue error sit facti, siue iuris. l si per errorem. ff. de iu. o. iud. & ideo consentire uidentur, qui sciunt Iudicem non suum, inq; eum consentiunt. Imò quod demens est qui fidem praestat errori inquit Seue. & Bal. Margar. demens.

Nec ob. contraria ad idem tendentia, quia

unica responsione tolluntur, ea regulariter non procedere, regularis autem rei dispositio debet attendi. c. auditis & ibi not. de præscrip. l: non puto. ff. de iu. fisci. l. in testamento. C. de mil. testa. ergo.

Verum quid si coactus consenserit an iurisdictio prorogata esse dicatur.

Dubium facit quod sic, quia uoluntas coacta uoluntas est. l si mulier. §. qui metu. ff. quod met. causa. l. uenditrici. C. de reb. alie. non alie. c. merito. 15. q. 1.

Quo tamen adhuc non obstante, uerius contrarium esse hic dicitur, Nec ab re quoniam in iurisdictione proroganda uoluntas libera esse debet, non coacta. l. si qui ex consensu. C. de ep. au di. l. titia in priu. ff. de uer. ob. c. gemma de sponsal.

Ad oppositum respondetur, quod licet uoluntas coacta, uoluntas sit, non tamen proprie uolũtas est, argumentum in l. hoc legatum. ff. de lega. 3. is enim potius pati quam agere dicitur, inquit tex. in c. sacris de his quæ ui metus ue cau. fi. habet item metus in se consensum & dissensũ simul, fitque contrariorum permixtio, in eodem subiecto, usque adeo ut resultet quoddam mixtũ in anima, quia libertas animæ dissentit, consentit uero sensualitas ne maius detrimentum patiatur c. cum inter & ibi Bal. col. 2. de electio. di

xi ego in l. debitori C. de pac. & in l. ædem C. loca.

Vltimo queritur, nũ consensus in prorogatione ista requiratur, non modo partium uerum etiam Iudicis.

Videbatur dicendum quod sic, quia idem est cum prorogatio fit de tempore ad tempus, ut infra de tempore ad personas ualet argumentũ l. qui plures liberos in prin. ff. de uulga. & pup. sub. Bal. in l. conuenticulam col 2. C. de ep. & cle. ergo.

Tamen contrarium hic deciditur, & decisionis forte ratio est, quia totum hoc casu, à partiũ uoluntate dependet, haud considerabile, cum fit prorogatio de tempore ad tempus, ex quo (ut dicemus etiam infra) elapso tempore, scit se non amplius iudicem esse, & sic ex his plenè intelligitis quid in uer. sed si Iudex contineatur, quæ dubitandi ratio fuerit, quæq; decidendi & quod argumentum de tẽpore ad personas, non semper procedit (ut diximus etiam late in c. p. & .g. de offi. de.) ubi diuersitatis ratio potest assignari.

2 *Noto primo † hic esse casum, contra glo. in l. Gallus in prin. ff. de lib. & posthu. quod quã quam tituli ad titulos continuandi sint l. 2. ff. de sta. ho. l. cum delanionis. §. asinam ff. de fun. inst. instrumentoq; lega. in legibus ta-*

men eſt ſecus, nanq; iſta ad proxime præcedentem continuatur, ut dictum eſt ſupra eliciturq; ex illis uerbis, conſenſiſſe autem uidetur, ergo. & dictu mirabile eſt, quod aduerſatiua autem, non ſemper (uti eius eſt natura) aduerſetur præcedentibus l mariti. §. ſi. ff. ad legem Iul. de ad. & eſt in iſtis terminis tex. in l. ita autem in prin. & in §. geſſiſſe. ff. de admi. tuto. Sed pro ſol. & ad propoſitum dicas, glo. prædictam ueram eſſe, præterquam in caſu quando continuatio fit gratia declarationis, & commodioris doctrinæ, pro ut alia glo. dicit in l. 2. ff. de uer. ob. quam commendat Iaſ. & alias adducit in rub. inſti. de actio. in 2. col. nonnihil ego in l. ſi quis maior. C de tranſac. in prin. uel dicas tolerabile eſſe, ſi continuatio fiat inmediate, ut hic, ad l. proxime præcedentem, non ſi ad nimium remotas. ut prædicta glo. loqui uidetur, in d. l. Gallus.

Secundo noto, quod eo tunc iuriſdictio Iudicis,
3 non ſui prorogatur per partes † ſi non errore uel iuris, uel facti, in eum conſenſerint, nec ab re ut hic dicitur, & in d. l. ſi per errorem quia errans non conſentit, & eſt not. caſus in quo error iuris & facti æquiparantur, quã do quidem uideamus ut hic per Pau. Caſt. in aliis multũ differre l. error C. ad legem fal. l.

iuris ignorātiā C. qui admi. in quibus (addas tu) non militat illa ratio generalis d. l. si per errorem, qua factum est, ut generaliter etiam l. illa, & ista pariter, intelligantur l. de præcio uulga. ff. de publicia. ac. l. i. §. generaliter ff. de lega. præstan. quia ubi non distinguit lex. nec nos distinguere debemus. d. l. de præcio. ita ut utrunque quoque in dubio præsumatur, quemadmodum declarat Iacob. But. in l. regula. ff. de Iu. & facti igno. mirumq; uidetur, præsertim respectu facti, ex quo præsumi non solet. l. in bello. §. facte ff. de capti. & pustli. re. c. cum in iure peritus de offi. del. l. quecunque ad fi. ff. de publicia ac.
4 Tertio noto, ut etiam dicit Bar. † quod per uim factum est ipso iure nullum, quanquam alias ueniat irritandum per actionem quod met. causa l. si mulier §. si dos est §. si metu. ff. quod met. cau. & sensit glo. in uer. nulla. & sic (ut etiam dictum fuit supra) uoluntas coacta non est proprie uolūtas, & limitatur regula prædicta, quam tamen alias declara, in ui compulsiua intelligi debere, ad expulsiue differentiam quæ nullum habet consensum, & ubi uicium personale dicitur unum, alterū appellatur reale l. 3. C. quod met. cau. §. furtiue insti. de usucap. l. Pomponius §. cū quis ff. de acqui. po. & dic insuper quod necessitas

præcisa non est, sed (ut declarat Bar. in extrauag. ad reprimen. in uer. uidebitur)quedā consequentia potius, quando quis ne incidat in unum quod sibi omnino displiceat, eligit aliud quod quanquam displiceat quoque, non tantum tamen displicet d.c. sacris.

Sed ad propositum aduertendum est; quod non dicitur factum per uiolentiam compulsiuam, neque coactus quis; cui Iudex aliquid iubet, nisi iubenti etiam resistat, quod mirum uidetur secundum Pau. qui pro concordanti allegat tex. in l. ait prætor in §. permittitur. ff de mino. & bene, probatque in fortioribus terminis, quando quidē loquatur in proprio Iudice, & tamen resistentiam requirit, ergo & fortius in alieno, & d. tex. dicit etiam sing. Areti, consi. 24. col. pe. nec secus intellexit Bal. in l. arbitro col. pe. ad fi. ff. qui satisda. cogan ita ut testis hinc, testimonium inuitus ferre dicatur, si citatus se excusauerit deponere coactus sit, præturæ uiribus inquit Bal. in l. parentes col. 2. C. de testi.

Quarto noto, quod in prorogatione de persona 5 *ad personam non requiritur consensus † nec etiam scientia Iudicis, secundum Bar. nec ab re (ut statim dicemus in seq uer.) interim sciēdum est, iurisdictionem acquiri ignoranti, non regulare in alijs l. abenti. ff. de dona. l. qui ab-*

senti.ff.de acqui.po.c.cum dilectus de suc. ab int.quæ iura ad idem latius inducit Barba. in l.sciendum col.7.ff.de uer.ob. nisi respondeamus quod acquiritur habitu non actu, antequam sciat se esse iudicem, ex prorogatione partium, quo modo etiam intelligi possunt iura præallega.et maxime quia in uitus hoc casu iudex non est cogendus iudicare re existente integra.l.de qua re.à contrario sensu.ff. de iud.l.3.§.i.ff.de arb.l.si qui ex consensu iuncta glo. C. de. ep. aud. c. pastoralis in prin. de offi.del. & ibi not.sicuti nec beneficium confertur in inuitum l.inuito.ff.de regu.iu.ea de re inferri potest, si processus ab ignorante fiat quod non ualebit, de quo tamen dubitauit hic Bal.ut per eum, statimque dicetur, Sed considera ad propositum, & ad not.ipsum redeundo, si hoc uerum esset quod non dixisset forte tex.hoc casu iurisdictionem iudicis defendi posse. Nisi respondeamus quod decisio est per modum modeste loquendi, ad quod solus Deci seni.aduertisse uidetur, & est in simili tex.in l.si non sortem in.§. heredi.ff.de condic. ind.qui parum probat, adde tu igitur meliorem in l.recte infra eo.

6 *Quinto noto ibi: an legi satisfactum sit† quod non est ulterius quærendum, dummodo satis fiat legi aliquid uolenti, ut hic per Bald. &*

Pau. ad q. inferentes ut per eos, addo ego tex. in l. prospexit ff. qui & à quib. quem poterat allegare Abb. in c. cum ecclesia sutrina col. 8. de cau. po. & prop. & in c. tuis in fi. de preb. pro limitatione. l. 2. C. communia de leg. dum dicit quod toleratur plerunque legem etiam esse inanem, & impositam uerbis, non autem rebus, dum modo iuri ita uolenti satisfiat, quod est memoriæ semper comendandũ.

Vltimo noto, quod prorogatio iurisdictionis, potest etiam fieri de tempore ad tempus, dum
7 *modo consensus utriusque interueniat † & partium & Iudicis ut hic, si tamen legatur litera, ut in pandect. Flo. sic. Si et iudex ad tempus datus, et omnes litigatores consentiant non autem sic. Sed et si iudex ad tempus datus sit quoniam tunc de ipsius iudicis consensu nihil probaret, & ea ratione, forte ut etiam dictum est supra quia lapso tempore iudex met credit se non esse iudicem secundum Bar. Et ideo expedit ut sciat & consentiat, ad hoc ut sciat etiam se iudicem esse, aliter id quod faceret non faceret ut iudex, estque argumentũ in l. multum interest ff. de cond. & de. cum his que not. ibi. non æque considerandum in uer. præceden. cum prorogatio fit de persona in personam, ex quo (ut idem Bar. inquit, infra) uere iudex est, licet in modo erret*

non

non curandum l. si mater C. de insti. & sub sti. sub condi. fac. l. i. ff. de lib. & posthu. l. sed & si de sua ff. de acqui. hæ.

Sed dubitatur, an consensus iste debeat esse expressus, uel tacitus etiam sufficiat. Castren. dicit expressum requiri partium respectu, quo ad iudicem uero, tacitum sufficere, motus ratione, quoniam alias non posset scire id quod partes habent in corde, quæ mihi non placet quoniam satis scire potest, quod intendunt eius iurisdictionem prorogare, ex quo coram eo litigant, ideo uideretur dicendum tacitum sufficere, ut etiam in iudice diximus. & maxime quia aliquo casu quoque par est uirtus taciti & expressi l. cum quid ff. si cer. pet. l. item quia ff. de pact. cogita, & dic ut etiam not. supra in l. i. ubi Bar. & alii eo. ti. item prædicta uendicare sibi locum in iurisdictione delegata, ut clare innuere uidetur tex. ibi iudex datus, & in l. si ut proponis i. C. quomodo & quando iudex, & in l. fi. C. ubi & apud quem, et in l. iudex datus infra eo. et quidem à Principe, quod rursum ex illis uerbis comprehendi potest, & nisi specialiter principali iussione prorogatio fuerit inhibita.

Sed queritur quid in iurisdictione ordinaria, an de tempore ad tempus possit prorogari, responde ut hic per eundem Paul. post Bal. in l.

ſi qui ex conſenſu col. 4. C. de ep. aud. diſtinguentem & bene ut per eum, latius ego in d. c. p. & g. de offi. de. Verum tamen aduertendum eſt, quia Deci. ſen. Pau. & Bal. reprehendit dum asſignando rationem ſecundi mēbri d: diſtinctionis dicit, quod non poteſt fieri prorogatio, quodque iniuria fieret ſucceſſori, ex quo ſucceſſore uolente, ei iniuria fieri non poteſt l. i. §. uſque adeo ff. de iniur. & ut per eum, qui poſtea ſe remittit ad alias rationes Bal. in loco præallega. non diſplicentes, ſed cum hæc potiſſima ſit quoque dic tu ſaluari poſſe quoniam non eſt uerisſimile quod ſucceſſor uelit argumentum in l. cum de inde bito ff. de proba: & in c. ſuper hoc de renun. ergo (ut dicebatur) iniuria omnino fieret ſucceſſori.

Verum & rurſus dubitatur ad idem nam delegans (ut diximus) poteſt prohibere prorogationem iuriſdictionis de tempore ad tempus, quid in ordinario quo ad iuriſdictionem alterius ordinarij docto. hic magis communiter concludunt quod non & non ab re, quia cum delegatus fungatur uice delegantis l. fi. C. ubi & apud quem l. & ſi prætor ſupra de offi. eius cui man. eſt Iu. c. ſanè de offi. del. ipſe delegans quam legem uult poteſt apponere rei ſuæ l. in traditionibus ff. de pac. quod

non est in ordinario l. si arrogator cum similibus ff. de adop. nec displicet, sed crederem ego idem dicendum, saltem hac ratione, in ordinario delegante, & in istis terminis questio formari debet, cogitabis.

Vltimo dic quod prorogatio, quæ fit fieri debet cum omnibus qualitatibus, formis & naturis quibus facta est prima delegatio qđ fuit dictũ Bal. in d. l. si qui ex consensu col. 3. ad fi. quẽ refert hic & sequitur Deci. seni. per glo. in c. hi qui de preb. in 6. dic tu quod est casus in l. sed si manente ff. de præca. et potest exẽplificari ut ego dicebam alias in d. c. p. & g. in casu, quando Princeps causam commisisset terminandam intra certum tempus, Sũmarie, sine strepitu & figura iudicij, nam si prorogatio fiat debet fieri cum ista qualitate alias non ualeret d. l. sed si manente l. i. §. & post operis ff. de no. o. nun. & ibi Bar. & hæc sufficiant.

Modo contra tex. opponitur præter dicta in
8 *figuratione casus † ex mente Bar. tamen, dum dicebam quod in prorogatione de persona in personam, nec consensus Iudicis, nec scientia requiritur contra de l. quero ff. de eo qui pro tuto. & in l. sed & si de sua ff. de acqui. hæ. ubi qui quasi tutor gessit pupilli negotia, ignorans se tutorem datum fuisse in testamen*

to, non poterit quasi tutor conueniri, quoniam ut eo affectu gerat tutelam, quo gerere debet, scire quoque debet se tutorem esse, & quod ad hoc ut hæreditas adiri possit, necessario requiritur, quod qui adit de sua conditione sit certus, ergo idem in casu nostro.

Pro solutione breuiter dicendũ est ut idem Bar. dicit, quod si Iudex ignoret se Iudicem, uel se iurisdictionem habere, sententia non ualebit & ita loquantur leges præallega. uerum si sciat, in modo tamen errarit qualiter Iudex sit, tunc gesta per eum ualebunt, & hinc docet idem Bar. praxim, quam omnes sciunt, ut in sententia ponatur uerbum uisis, et tandẽ ad idem allega. iuribus in l. fi. ff. quod cum eo. & in l. hæc autem in §. i. ff. quib. ex cau. in po. ea. se remittit ad dicta in præallega. l. multum interest, nec dubium habet. Adde tu in tantum esse uerum, ut in Iudice ignorante, qui ex animo procedere debet l. dicere in prin ff. de arb. iurisdictio alias ligata esse dicatur, ut inquit Bal. in l. mandatum in 3. q. C. manda. et ideo si quid agat interim, nulliter agit, ut ibi subijcit, refert Are. consi: 68. col. i. Secundo adde, quod hoc uendicat sibi locum in ordinario, cuius iurisdictio fortior est, non in delegato, in quo sufficit quelibet ignorantia, & cuiuscunque rei ad suam

iurisdictionem pertinētis quandoquidem eius iurisdictio sit debilior, ut not. in argumentum tamen in c. cum in iure peritus, et in c. prudentiam in prin. de offi. del. ad quod accedat etiam, quod illa fauorabilis est, ista odiosa c. 1. ubi glo. de rescrip. in 6. nimirum igitur si illa rursum uelut fauorabilis non ita restringenda est ut ista l. cum quidam ff. de lib. et posthu. c. odia de reg. Iu. in 6. not. in d. l. multum interest Aret. in loco præallega. col. 2. & in simili dicimus non esse satis, quod appellatio in notitiam appellati perueniat nisi etiam scientiam omnium obiectorum habuerit, cle. causam de elec. & in hereditate pariter, quod tunc demum quis scire dicatur sibi delatam, cum scit non simpliciter sibi delatam, sed ex quo capite l. si is qui l. heres institutus ff. de acqui. he. & ultimo loco, quod tunc scire id dicatur cum perfecte res cum suis qualitatibus demōstratur l. de pupillo §. qui nunciat. ff. de no. o. nun. l. aut qui aliter §. i. & ibi Bar. ff. quod ui aut clam. l. si rem quam §. si. ff. de euic. hoc tamen casu tantum & non quando sumus in ordinario, ratione supra dicta. & ita tenendum est.

Ex glo. consensu (alie nihil habent, partim quoque expedite supra) habes, secundum Castren. not. dictum, quod id quod dicimus, pro

9 *rogationem non ualere † si in iudicem, partes errore iuris uel facti, consentiant intelligi debet, quando est penitus incompetens; non quando mero iure Iudex est, cuius iurisdictio tamen priuilegio potest declinari, quoniam tunc si priuilegii exceptio errore prætermittatur, prorogatio ualebit & sic de habitu ad actum; ex duobus comprobatur primo, per tex. in l. qui procuratorem dat in .§. i. & ibi, idem Castren. ff. de procu. Secundo autoritate Inno. in c. prudentiam de offi. del. Tertio adde quia facilius fit prorogatio de habito ad actum quam aliter, & fuit uerbum Bal. in l. si qui ex consensu col. 4. (de quo etiam supra) C. de ep. audi. post Inno. in d. c. prudentiam, & solum istud ultimum placet; quia posset ad primum dici, non procedere, ex quo ibi procurator non erat mero iure talis, ut hic Iudex, quanquam eius iurisdictio priuilegio esset declinabilis. Ad secundum uero, quod autoritates sunt probabiles non necessariæ, ut per glo. in l. si de interpretatione ff. de legi. not. in l. i. ff. si cer. pet. & quod facilius fiat prorogatio de habitu ad actum, quam aliter, probatur, quia potentia quæ ad actum facile deduci potest, actus est l. quesitum .§. illud fortassis ff. de leg. 3. l. pe. ff. de mil. testa. l. abesse l. qui mittuntur ff. ex quib.*

can. ma. Abb. in c. fi. de iude. ergo iurisdictio, quæ est in habitu, in actu esse dicetur, siqne sic esset in actu ualeret, & Iudex cognoscere posset, ergo.
10 Secundo habes ex ista glo. † quod titulus de cond. ind. non habet locum quotienscumque aliquis uellet repetere, seu condicere lucrum amissum, eius errore uel ignorantia, nec ab re, quoniam loquitur quando indebite soluta repetuntur, quo casu de damno uitando agitur, non de lucro, ex quo infertur, quod qui tractat de habendo priuilegio fori. tractat de lucro, qui uero de iure communi conseruando, de damno uitando, ut hic per Ange. & proptere a satis erat, si glo. dixisset, quod tractabat de lucro captando, non etiam de damno uitando. Secundo ad propositum redeundo. quia nõ est par eademque ratio, debita amittere & lucra non capere. l. fi. C. de codicil. l. fi. C. de iure delib. l si spõsus. §. si maritus ff. de dona. int. ui. & uxo. idest fauorabilior est casus ubi de damno uitando tractatur. quam ubi de lucro, ut inquit Io. And. in Mercu in regu. contractus, ad fi. de regu iu. in 6. & est noua ratio ad l. eius militis. §. si militia missus. ff. de mil. testa. quod perdatur facilius ius commune quã speciale, quoniam in uno tractatur de lucro captando, in alio autem de damno, quorum

non est(ut diximus)par ratio. Et ideo tu ultra eos, addas, quod ubicunque de damno uitando tractatur, error iuris prodest cuicunq; l. error. in fi. l. regula in prin. ff. de iuris & fac. igno. ubi uero de lucro captando nemini l. iuris ignorãtiam & ibi not. ubi & nos late C. qui admi. ad bo. po. pos. secundo adde. Ro. dicẽtem alibi quotienscunque duo priuilegia inuicem repugnantia concurrunt, quod qui tractat de damno uitãdo, utitur priuilegio suo, cõtra illum qui tractat de lucro. consi. 179. col. antepe. et probatur in l. uerũ in. §. fi. ff. de mino. Vltimo ex eadem glo. colligi posse uidetur, non hic in fi. sed in prin. q. quod condici dicitur processus, condictione indebiti, ubi indebite factus
11 *est † quem modum non esse alibi idem, Ange. testatur, licet alias aliis modis rescindi possit ut per eum. Adde tu glo. id dixisse, quia iã quoque dixerat solutum per errorem repetit posse & condici ab eo, qui exceptione fauorabili erat tutus, nec impropria locutio esse uidetur, siue ipsius uocabuli significationem cõsideremus, siue condictionis naturam, quoniã condicere, est quasi simul dicere, solutum quid indebite, quod etiam potest in processu indebite formato, uerificari. Et maxime cum ille cõtra quem id condicitur, effectus est locupletior, ut not in l. nam hoc natura ff. de cond.*

ind.& seq.quod similiter esse potest in processu indebite formato coram iudice incompetenti quando quidem ius parti acquisitum sit, & est argumentum in l.1.ff.qui sat.cogan.& in l.cum seruus, & ibi glo.ff. de condic.ob cau. Bal.pulchre in l.1.col.5.C.de ser.fugi.

Ex glo.inhibita habes, quod tempus triennii de quo in l.properandum C.de iudi. non potest
11 *prorogari † uerissimumque est,ibique casus clarus,clarior in l.si iudex infra eo. Et nō ab re(ut inquit Pau.Cast.) quia tempus hoc præfixum est causa publice utilitatis, cui renunciari non potest l.ius publicum. ff.de pac. c.si diligenti de foro comp.non considerabile in casu uer.si & iudex datus, Et probatur in simili per Bar.in l.quos probibet.ff.de postu. Et est ratio quæ communiter assignatur in præallega.l.properandum. Et si diceretur hoc esse etiam ad utilitatem priuatā inductum ne lites immortales fiant, grauēturq; partes litibus, laboribus & expen. Respondebo nihil esse quoniam uerum est secundario, non principaliter, & in consequentiam potius, iura autem id solum considerant non istud l. si quis nec causam ff. si cer. pet. l. uerum ff. de fur. ergo. Rursum dici posset quod sicuti hoc tēpus à lege præfixum est, ita id cum iudici delegato committit negotium, maxime à Prin-*

cipe præfixum dici debet, ex quo lex est animata in terris. §. fi. in auth. de consu. Sed respondebitur adhuc uerum esse, at non tamen ut non posſit prorogari, tum quia tex. habemus hic, tum etiam quia diuersitatis ratio assignari posse uidetur, ex quo generale non est quo ad omnes d. l. properandum, & aduertit idem Pau. & bene, sic que potentior est prohibitio legis quam hominis l. si arrogator ff. de adop. nec semper cum lege mitius agi dicetur quàm cum homine l. celsus ff. de arbit: cogita.

Secundo habes ex glo. quam etiam reasumpsit Bar. ut iacet, quod prorogatio plerunque fit de tempore ad tempus, ut hic, plerunque de persona in personam ut supra interdum de re ad rem l. de qua re §. i infra eo. uerisſimũq; est, dixi late in d. c. P. &. g. de offi. del. Sed queritur hoc ultimo casu, an consensus Iudi-
13 *cis requiratur. Glo. met † concludit quod sic, mota quoniam eius iurisdictio extenditur. Sed considera rationẽ esse militantem in quocunque casu, cum prorogatio nil aliud sit, nisi extensio & alteratio quædam l. sed si manente ff. de præca. l. qui Romæ §. calimachus ff. de uer. ob. l. cum in plures §. lege ff. loca. ideo dic tu aliter, id esse quia sicuti in prorogatione temporis ad tempus requiritur con-*

sensus & partium & iudicis ut supra ex quo transacto tempore se iudicem non credit, eadē ratione requiritur in prorogatione rei ad rē quia nō credit se iudicem nisi illius rei in qua fuit datus. Vltra glo. addit Bar. quod quandoque fit de loco ad locum, & minime mirū quia argumentum de loco ad tempus ualet l. uinum ff. si cer. pet. l. fi. ff. de tritica. eoque magis quia inter locum & tempus non potest assignari bona diuersitatis ratio, quo modo præallega. l. uinum intelligitur Bal. in l. unica. C. ubi de po. agi. op. Inno. & Io. And. in c. qualiter & quando 2. de accu. & ita negatiue tamen (ut statim subijciemus) arguit idem Bal. in d. l. si qui ex consensu col. 4. Verum aduertendum est, quia hoc secundum eūdem Bar. intelligendum est de loco ad locum suæ iurisdictionis, non de loco ad locum non suæ iurisdictionis quia iniuria fieret alteri l. quæro ff. de sol. qui tex. probat contrarium, ut etiam aduertit Deci. seni. & pro contrario inducit Bal. in d. l. si qui ex consensu. Imò qd̄ ex alio etiam non probat ut idem Bal. alibi dicit in l. testamenta col. 2. C. de testa. quia loquitur in contractibus, qui ex conuentione partiū legem accipiunt l. i. §. si conueniat ff. dep. sed iurisdictio est iure publico introducta l. i. ff. de iu. o. iud. ergo. Ideo dicas & melius

ex eiusdem Bal. mente ibidem, id esse, quia duo sequerentur inconuenientia, unum quod in alieno territorio cognosceret, & male l. fi. ff. de iu. o. iud. c. 2. de consti. in 6. alterum quod non sederet in loco maiorum, contra tex. in l. pe. ff. de iusti. & Iu. tradit idẽ Bal. in d. l. testamenta & intellige siue inhibeat, siue non iudex in cuius territorio iudicat, quoniam cum iurisdictio cohereat territorio, ut not. in d. l. i. ff. de iu. o. iud. & in l. i. in §. in initio ff. de offi. praef. urb. & id suum territorium non sit, erit sine iurisdictione, & sentit adhuc Bal. in d. l. si qui ex consensu, nisi replicetur quod esse fingitur, & quod praedicta procedant ipso iudice inhibente. Cogita. Sed praesupposito, quod ualeat an quo ad ordinem iudicij, seu decisionem teneatur sequi statutum illius loci, ubi cognoscit † *uel sui territorii. Responde sui territorij, quoniam est perinde ac si in territorio cognosceret, ubi etiã a lege esse fingitur cle. i. ubi glo. de fo. comp. Bal. in d. l. fi. col. 2. ff. de iu. o. iud. Secundo aduerte quia hoc debet intelligi in iurisdictione contentiosa, non in uoluntaria, quoniam in ea absolute prorogatio etiam in alieno territorio, non est denegata, ut not. in l. unica C. de confes. Bal. in d. l. testamenta Martin. laud. in tracta. legitima. col. 2. nec ab re quia*

14

multa eius gratia conceduntur, quæ commu niter concedi minime solent l. 2. ff. de offi. pro con. not. in specie Bal. in. l. si ut proponis 2. C. quomodo & quando iud. & hæc sufficiant.

Legatis; *Dubiũ faciebat, legatum, Romæ inuen tũ, qui ex aliqua causa erat debitor, posse à suo creditore ibidem conueniri, & ipse respondere teneatur quia Roma est commu nis patria l. Roma ff. ad municipal. Soci. in l. qui Romæ in prin. ff. de uer. ob. Abb. in c. fi. col. 19. de fo. comp. Præpo. in c. de Fran cia col. 4. de sponsal.*

Contrarium tamen uerius est, non ut hic glo. di cunt, diuersimode loquentes, sed quia fingitur non adesse, cum adsit in loco ex causa neces saria ratioque generalis est, omnia comple ctens c. exposuit de dila. c. ad audientiam de cle. non resid. in ec. l. si cui ff. ex quib. cau. maio.

Ad contrarium respondetur, uerum esse nisi spe
1 *ciale prætendatur priuilegium ut hic † reuo candi domum scilicet, ut infra & in c. fi. præal lega. de foro comp. & declarat glo. in d. l. Roma.*

Noto primo, quod legati Romæ pro debitis antea contractis, conueniri non possunt, ra tiõe supra dicta, & nouissime quia alias officiũ

Imo.in d'c.fi.& Moder.in c. meminimus de ap.contrarium uerius est.c. cum expediat de elec.in 6.nec habet dubium. Ad Secundum,
17 *quod non † in casu.l.papinianus exuli.ff.de mino.ut dicit idem Ange.hic sed non ab re est quia alias(ut tex.met ait)reportaret de proprio delicto commodum.& male.l.si ab hostibus.§.1.ff.sol.mat.c. intelleximus de iudi. Sed aduerte quia contra hoc est urgentissimus tex.in l.ad cognitionē.ff. quibus ex cau. in po.ea.ubi ad literam dicitur relegatum nō cogi in loco relegationis,respondere.Sed id est quia cognitio,coram Imp. durabat, ad quem ipse erat remissus,non in casu.d.l.papinianus exuli.Item & secundo quando ageretur ad dotem.l.si uxor & ibi not.infra eo.& fuit declaratio Prepo.in c.de Francia col.4.de sponsal.Et hoc fauore dotis,cuius gratia multa cōceduntur,quæ communiter alias forent prohibita.l.1.ff.sol.mat.l.assiduis C. qui po'in pi. hab.Tertio est tex.in l.si legatus.ff.ad treb. cum suspectam hereditatem dicit,& repudiat & non immerito,quoniam eo casu non multū officio occupatur, ut tex.met dicit ex quo inferri posse uidetur,tex.nostrum fallere in omnibus casibus,ubi legatus faciliter se expediret,& nō de ipsius sed de tertii præiudicio ageretur,quo modo loqui uidetur tex.in d.l.si le*

gatus, & alia iura, ut in §. seq. usque ad §. his datur. latius Soci. in præallega. c. fi. de foro comp. in 6. char. Ad tertium similiter dicas
18 *quod non, † quia non habent alium iudicem quam Papam, quæ ratio est satis uiua. ad istud tenendum licet Soci. dubitauerit in d. c. fi. col. 20. ut per eum. & aduerte quod non de Roma idem Bal. meminit, sed de Auinione ubi erat Sedes Apostolica, & Curia, temporibus Vrbani. IIII. & not. etiam Bar. in l. sed & reprobari, in §. amplius col. 1. ff. de excu. tuto. inque uita ipsius Vrbani legitur. Et ex prædictis aliud etiam inferri potest, ac notari, secundum Bar. quod neque pro represa-*
19 *liis capi possunt, † non solum in ciuitate ad quam destinantur, sed nec etiam in ea per quam transeunt, ut sentit glo. quoque in uer. destinati, quæ ob hoc erit expedita, uerissimumq; est, Sed primum declara, quod represalia dicũtur, cum secundum consuetudinem quorundam locorum unus pro alio retinetur, & res unius, pro re alterius ut late Bar. Iaco. canis conciuis meus & alij, in eorum tractatibus represaliarum declarant, & in specie per istum tex. Fallen. 27. iste, ille uero. q. 7. 7. q. prin. Secundo adde id non ab re esse, quia si ea ratione conueniri non possunt, quia ibi finguntur non adesse, quæ generalis est (ut di*

xi) multo minus pro represaliis capi poterũt ex quo etiam conuentio est personalis, & si citari, conuenirique non possunt, multo minus rursum poterunt detineri, et si non pro re sua non etiam pro aliena c. cum in cunctis de electio. auth. multo magis C. de sacro sanc. ec.

Sed et quarto præter hæc, queritur, quid de eo-
20 *rum famulis † et seruitoribus, poterunt ne pro represaliјs capi? Idem Bar. hic in ulti. not. post glo. in uer. ob aliam causam, quæ ob hoc erit expedita pariter dicit quod non, ex quo uidemus, quod priuilegium hoc quod habent Scholares, ut in auth. habita C. ne fil. pro pat (intellige Studentes in loco studij, habentis priuilegium, quoniam alias secus, ut not. in probe. fforum in. §. hæc autem tria.) extenditur etiam ad famulos, & eorum patres uenientes Romam, causa uisitandi eos, nec in merito quia sunt de apendicijs necessariis eisdem scolaribus, ut dicitur in d. tracta: estque argumentum in l. i. in fi. & in l. scrinia rios. C. de mili. testa. iunctis his quæ habẽtur in probem. fforum ad fi. & habent hoc non ex eorum persona sed dominorum, argumentum in l. non alias in. §. i. infra eo. & quamdiu sunt in eorum seruitijs ut declarat Bal. in l. 2, col. i. ad fi. & seq. in prin. C. de ep: &*

cle. et est rursum argumentum optimum in l. 2. & ibi not. ff. de iu. o. iudi. Old. consi. 11. & ideo priuilegium concessum hospitali, ne teneatur de prouentibus deputatis ad usum pauperum soluere decimam, extenditur etiã ad prouentus deputatos ministris & seruitoribus pauperum. Et sic declaratur seu limitatur regula, quod priuilegia, quæ propter eorum strictam maturam, ex quo sunt contra ius commune c. erit autem lex c. priuilegia 4. d. tradit Bar. in l. fi. ff. de consti. prin: & Abb. in rub. de rescrip. non debent egredi personam §. planè insti. de iure natu. ut locũ non habeat in seruitoribus & ministris, sine quibus priuilegium alias remaneret inutile & ita declarat Gemini. in c. licet in §. cum conceditur in prin. de regu. iu. in 6. & Alex. post Ro. in l. lecta in glo. in domo. ff. si cer. peta.

Quinto queritur, quid in peregrinis qui Ro-
21 mam se conferunt peregrinationis causa & ad indulgentias consequendas, uel ad asisiũ ubi est corpus D. Francisci, an conueniri possint siue pro represalijs capi? Idem Bar. hic concludit quod non, per istum tex. in uer. Idem claudio, iuncta glo. supra expedita in uer. ob aliam causam. & per tex. in auth. omnes peregrini, in illis uerbis libere hospi-

tentur C. communia de suc. quem idem met. Bar. ad idem ponderat in d. tracta. q. 9. 7. q. prin. & bene adde non ab re esse, quia summa ratio est quæ pro religione facit l. sunt personæ ff. de reli. & sump. fu. & quia si ex ratione priuilegium reuocandi domum, consequuntur oratores & legati quia sancti idest inuiolabiles dicuntur, eo peregrini quoque non fraudabuntur, quandoquidem etiam ipsi hoc nomine dici & appellari poßint. Item quia causa necessaria & probabilis ita in eis considerabilis est ut in legatis. & quia denique ratio generalis, de qua supra omnium prædictorum decisiua, ita militat in eis ut in aliis alia de causa Romam uisitantibus l. regula. §. & licet ff. de iu. & fac. igno. Et ad illud quod dicebat Bar. de uerbo libere dic bene facere tex. in c. statuimus de regula & in c. i. eo. ti. in 6. & multa de quibus per Bal. in l. i. in prin. C. de sacrosanc. ec. Et breuiter idem est in aliis hic in tex. enumeratis, ut idem Bar. dicit & bene, ex prædictis.

Sexto queritur, quid in eo qui officio iudicis conuenitur, non uia actionis. † Deci. idem esse di-
22 cebat hic, priuilegium hoc scilicet ei concedi, ut aliis, quod minime procedere poße, uidebatur, ex quo misericorditer imploratur inquit glo. in rub. ff. de int. actio. Et quia plerumque

competit ubi uel exceptio à lege denegata est l. planè. l. fi. ff. de peti. hæ. dixi late in l. si unus in. §. pactus ff. de pac. & animaduertit idem Deci. Sed nihil est, quoniam fieret fraus legi. quæ (si uerum foret) uerbis & non rebus reperiretur imposita, contra tex. in l. 2. C. communia de lega. & in c. cum expediat de elec. in 6. relictoq; actionis remedio & uia, unusquisque facile conuolaret ad d. Iudicis officium, ipsum (ut dixi) misericorditer implorando, consequendi id gratia, quod actione consequi non posset & male. l. qui accusare. C. de eden. l. actor quod aßeuerat. C. de proba. l. cum filiusfamilias uiaticũ. ff. si cer. pet. d. l. planè. & fi. ff. de peti. he. Cætera nihil habent.

Die 21. Iunii 1532. Paduæ.

Mantua.

Vlpianus lib. XXII. ad edictum.

SVMMARIVM.

1 *Casus legis.*

2 *Heres conueniendus est, ubi conueniri & defendi poterat defunctus.*

3 *Et in loco domicilii quoque ibi inuentus.*

4 *Et adeo uerum est, ut nullo priuilegio proprio excusetur.*

5 *Conuentus coram Iudice seculari, priuilegiatus succedens laico, priuilegium exemptionis opponit, ne conueniatur nisi coram Papa, repulsus allegat ius commune, quod cõueniatur coram Episcopo, itur ad eum, postea allegat priuilegium exemptionis ut supra an sit audiendus.*

6 *Subauditio plerunque probabilis est, non necessaria.*

7 *Declaratio ad id, quod fiscus succedat in ius priuati, & tamen eo iure non utatur, quo priuatus.*

8 *Rationem specialitatis non assignare uicium est.*

9 *Argui non debet de improprio casu, ad proprium.*

10 *Ratione contractus, quis forum sortitur in loco.*

11 *Si se non defendat citatus in loco contractus bona possideri ex primo decreto, patietur.*

12 *Emens ab aliquo confestim recessuro, illum in loco contractus conuenire non potest.*

13 *In contractibus an remissio locum habeat.*

14 *Dato quod non, quid si renunciatum sit priuilegio fori.*

15 *Quid si reus latitauerit.*

16 *Quid si bona non haberet in loco.*

17 *Quid quando iurasset in loco sistere.*

18 *Quid si nimis contumax fuisset.*

19 *Intellectus ad id, quando quis in loco contractus potest conueniri.*

20 *Dubitans & ignorans an æquiparentur. & an dicta in ignorante hic in dubitante procedant.*

21 *Quid si dubitetur an contrahens, sciuerit, uel ignorauerit, cum cum quo contrahebat, confestim recessurum.*

22 *Forum à partibus potest declinari.*

23 *licet aduena statim recessurus, conueniri nō possit, tenetur tamen satisdare de iudicio sisti in loco domicilij.*

24 *Aduena conueniri non potest nec quando cō trahit, nec postea si in loco reperiatur.*

25 *An possit conueniri aliquo casu in loco con-*

tractus.

26 *Quomodo intelligatur quod de aduenâ dici tur, si possit in loco conueniri.*

27 *Vagabundus ubicunque conueniri potest.*

28 *Matrimonium etiam illegitimum, matrimonium appellatur.*

29 *Concordia glosarum inuicem contrariantiũ.*

1 Heres absens; *Dubiũ faciebat in hac lege quod hæres Romæ responde re non teneatur, conuentus à creditoribus hereditariis, per se, si ibidem reperiatur, uel per procuratorẽ si absens fuerit, quia regulariter actor sequitur forum rei l. iuris ordinẽ C. de iu. o. iud. c. cum sit generale c. licet ex suscepto de fo. comp.*

Secundo, quia locus originis debet attendi, & domicilium testatoris quod in loco originis esse præsumitur nisi mutatum probetur ut sentit Bal. in l. fi. col. 2. C. si à non comp. iud. fue. ap. & personale, nec transit ad hæredes §. planẽ insti. de iure na. nisi essent filij, quoniam tunc secus ut declarat Bar. in l. libertus in §. patris. ff. ad municipal. et est optimus tex. pro hoc in l. filius ff. de legatio. not. in rub. & l. i. ff. de offi. eius cui man. est iu. ad id quod etiam eo casu actus per filium exer-

teri potest, ad quem patris industria electa est, pro limitatione l. inter artifices. ff. de sol. tametsi ad propositum deque ipsis quoque idẽ dicendum uideatur, ut non transeat. l. assumptio. §. fi. ff ad ad municipal.

Tertio quia aliàs sequeretur absurdum, quod magis actoribus quam reis fauendum esset, & male. l. arrianus. ff. de actio & ob. l. fauorabiliores. ff. de regu. iu.

Contrarium tamen hic deciditur quod: imò si absens fuerit, ibi erit defendendus, si præsens uero conueniendus ubi, & defendi, & conue-
2 *niri defunctus potuit & debuit. † Et non ab re (hæc quæ est decisionis ratio) quia congruũ est sanè eum eo iure uti, cũ sit hæres, quo usus fuisset defunctus, cum quo una eademque persona esse censetur. §. 1. in autem de iure iu. à mo. præsti & adeo quidem ut contractus defuncti contractus hæredis esse dicatur; nec mutetur obligationis conditio ex ipsius hæredis persona. l. 2. §. ex his ff. de uer. ob. not. in l. 4. in §. cato ff. eo. Et est simile in l. quedam in §. nihil interest ff. de eden. ubi hæres succedens argentario, eo iure uti debet, quo argentarius.*

Ex quibus tollitur prima dubitandi ratio, quæ uera est regulariter, & non in casu isto. Vel dicas quod sequatur forum rei; ex quo hæres (ut diximus) defuncti p̃sonam represẽtat.

Non ob. Secunda, quia similiter uera est, nec potest negari, sed dico quod esto quod non transeat domicilium, transit saltem ipsius effectus, ut declarat Castren. hic, & bene, & ex supradictis liquet, iura autem nil aliud considerant l. 3. C. de insti. & substi. sub cond. fac. l. nomen filiarum §. habere ff. de uer. si. ergo.

Non denique et Tertia, quia procederet, ubi ex persona defuncti non conueniretur, sed (ut dictum est) ex persona ipsius, conuenitur ergo. Vel dicas, esto millies, quod esset aliter, non procedere in materia iurisdictionis, in qua semper & in dubio, actori fauetur potius quam reo. l. ampliorem §. fi. C. de ap. l. cum quadã puella §. fi. ff. de iu. o. iud. Bal. in l. fi. in fi. prin. C. si à non comp. iud. fue. ap. & erit limitatio ad regu. l. fauorabiliores et similium de regu. iu.

Si hæres tamen esset aliquo priuilegio tutus, an posset excusari ibi nõ cõueniri, dubitatur. Et prima facie dicendum uidebatur quod sic, l. 2. §. legatis supra eo. ubi ex causa legationis uel simili, qui in loco reperitur ibi conueniri non potest, & habet ius reuocandi domum, ergo idem in casu nostro.

Contrarium tamẽ uerius est & in hoc quoque, quia heres (ut dixi) cum ex persona defuncti

conueniatur nō debet posse uti priuilegio, sibi specialiter concesso, quando quidem nihil commune cum eo habeat. cuius intuitu cōuenitur quod secus si esset commune, & in corpore iuris clausum (ut statim dicam) quoniam tunc illud idem allegari posset, & excusaretur, & hoc casu dubitandi ratio, debet intelligi, ex his sublata. quæ pro ratione decidendi, allata fuerunt.

Noto primo (ut etiā supra) quod heres ibi defendendus est & conueniendus, ubi defendi & cōueniri poterat defunctus, & omnes ita transeunt, nec potest cauillari tex. satisque probatū fuit. Verum nouissime est aduertendum, quia non uidetur posse procedere, ex his quæ habētur in l. fideicōmissum in prin. & in §. pe. infra eo. ubi petebatur fideicommissum ab hærede. in loco originis & domicilij defuncti & tamē dicit tex. quod petens non est audiendus. sed remittendus ad locum, ubi defunctus maiorē fortunarum partem, atque hæreditatis, habuit. seu ubi hæres domicilium tenebat ergo non in loco originis & domicilij ipsius defuncti. Secundo est tex. ad idem in l. cum hi in §. causę, & ibi not. ff. de. transac. ubi alimenta in loco domicilij hæredis præstanda sunt, & non defuncti uel saltem ubi ipse defunctus maiorē partem fortunarum habuit ut supra, Tertio

facit tex.in l.sed & si susceperit in §.1. infra eo.à contrario (argumentũ enim ualet, estq; in iure fortissimum.l.1.§. huius rei ff.de offi. cius cui man.est iu.) ubi si quis libertis suis tesseras frumentarias emi mandauerit, si non de testatoris uoluntate appareat, emende sunt ubi maiorem partem fortunarum habet.

Breuiter dic primum non obstare, quia æque con conuenit, cum heres conuenitur, ratione hære ditatis, seu rei hæreditariæ, ut eo etiam conue niatur, ubi ipsa hæreditas reperitur, licet non in totum sed pro maiori parte nanque maior pars & totum æquiparantur, argumentũ in l. quod maior. ff. ad municipa. & in l. propter litem ff. de excu. tuto. & in l. si unquam C. de reuo. do. et in l. oẽs in §. Lucius. ff. quæ in frau credito. & in l. nomen in §. filio. ff. de lega. 3. & ĩ l. legatis seruis in §. si unus. ff. eo. & in c. 1. de resti spoliat. 6. Ias. in §. Item si quis in fraudem col. 6. insti. de actio. ex quo tollitur etiam secũ dum & Tertium, ad idem tendentia. Vel ad Tertium dicas quod Imo non poterant alibi emi, quam Romæ, quoniam Romæ etiam tantum dari solebant, qua propter non ab re est si tex. dixit apparere id testatorem sensisse ex genere comparationis, ita ut argumentum à contrario quouis modo sumi non possit, nisi eo modo quo supra cui etiam debet (ut primi-

tus diximus) responderi si sumatur, erantq́; Tessere, non (ut inquit Accur. ibi) uasa ad frumentum mensurandum, sed notæ quædam, siue signum frumenti percipiendi, quo exhibito quisque frumentum pro portione accipiebat, quemadmodum in Augusto & Nerone. apud Tranquil. legitur, dixiq́; ego alibi satis. hisq́;, Tesseris fraternitates nostræ spirituales hic maxime utuntur, in eleemosinis pauperibus erogandis. Vel unica sol. omnia tollas, procedere in casu, quãdo hæres ex persona sua conuenitur, & ex obligatione sumente initium in sui personam, non autem defuncti, & isto in casu loquimur nos, eoq́; fit ut mirum non sit si hic & in loco originis ac domicilii ipsius defuncti conuenitur, ibi autem non & sentit etiam Ang. & Cast. hic, licet non ita late:

Noto secundo, quod tunc conueniendus est heres defuncti ut supra in loco originis, & do-
3 *micilij ipsius, si ibi inueniatur, quæ uerba innuere uidentur à sensu contrario, si ibi non inueniatur, quod conueniri non possit, estq́; argumentum in lege (ut dicebam supra) fortissimum, probabile & frequens d. .§. huius rei. Sed aduerte, quia si non inueniatur ibidem etiam conueniri poterit, ut idem Castren. hic declarat, & non ab re, quia alias tex. esset*

sibi ipsi contrarius, nec argumentum sumi posset modo quo dicebatur l. i. C. de fur. c. sollicitudinem de ap. sensus igitur est, eo tunc conueniri, cum est præsens, cum uero absens defendi in loco originis et domicilij defuncti, & quidem planus, ut glo. quoq; prima & secunda exponit, quæ ob hoc erunt expedite & statim dicetur.

Vltimo noto, adeo uerum esse, beredem ex per
4 *sona defuncti debere conueniri in loco † origi nis & domicilij ipsius (ut sepius dictum est) quod nullo suo proprio priuilegio, excusandus est: ergo communi sic, uel etiam proprio sed inserto in corpore iuris, & in hoc omnes post Bar. & glo. conueniunt. Adde ex hoc regu. uerificari posse l. cum in fundo §. si fundus ff. de iure do. per quem tex. multa dicit Soci. in l. cum filio familias col. 15. ff. de le ga. i. bona glo. in c. i. de consti. in 6. quod quotienscunque una dispositio transfunditur in alteram illa attenditur in quam transfusio fit non quæ transfunditur, ut sic dicamus etiam in casu nostro, cum priuilegium quoq; propriũ in corpore iuris insertum est, idemq; iudicemus de eo quod de iure communi, ergo non ab re, si poterit illius prætextu excusari quod non esset alias & casu quo, insertum non esset, & ob id Bar. etiam, & omnes se-*

re, dixerunt posse inferri, si unus clericus succedat laico, quod iudicem laicum declinare poterit, ex quo sic allegat priuilegium fori insertum in corpore iuris. c. si diligenti de foro compe. c. significasti. eo. ti. c. in audientia de sen. exco. non autem cum allegat priuilegium exemptionis, ne sub Episcopo conueniatur, quoniam tunc se excusare non poterit, ut hic. Et ita idem Bar. & Castren. testantur accidisse Cy. quod tantum est dicere (Iudicio meo) quantum quod priuilegiatus succedens non priuilegiato utitur priuilegio suo et gaudet, cum modificatione tamen de qua supra. Adde quod ita etiam in pulchro casu dicebat Gemi. in c. i. per illum tex. de iure pat. in 6. ubi regu. hæc colligitur, quod mutata persona, statum quoq; rei mutari conuenit.

Sed dubito per istum tex. quod exemplum suum non sit uerum, dicit enim quod si laicus non priuilegiatus donauerit fundum clerico priuilegiato, ne solueret decimas, quod excusabitur, si hoc priuilegio utatur, quod est directo contra tex. istum quoniam id non est insertum in corpore iuris; quandoquidem decimæ quæ sunt de iure diuino, communiter solui debeant toto ti. de deci. et propterea intellige exemplum aliter ut supra quod etiam

in d. c. i. optime deciditur. Cogita. & dic in super, uerum esse, priuilegio communi excusari regulariter, sed fallere, ubi cum defuncto instantia fuisset cæpta. l. si cum hominem ff. de fideiusso. & sensit Ange. hic & bene. Verum adhuc antequam ueniamus ad glo. pone (ut dixi) quod priuilegiatus succedat laico, et quod conuentus coram Iudice seculari, opponat priuilegium exemptionis, ne compellatur respondere, nisi corã Papa, repulsusque allegat postea ius commune ut conueniatur coram Episcopo, & oppositio seu exceptio ad missa sit, itumque ad Episcopum, & ad huc priuilegium exceptionis allegetur an audiendus sit? Deci. hic asserens nouam fore difficultatem cogitando relinquit.
Crederem ego audiendum non esse, cum ratione per eum allega. quia quod semel placuit, amplius displicere non potest. ut in regu. quod semel placuit de regu. iu. in 6. & in l. quod in hæredem in §. eligere. ff. de tribu. ac. & in l. cum filius in §. uarijs. ff. de leg. 2. & in l. si mulier in §. si ff. quod met. cau. tum quia iuri sibi à principio competenti, renunciasse uidetur l. si quis in conscribendo. C. de pac. c. ad apostolicam de regula. & transeun. ad religio. quo casu redire non debet ad ius semel renunciatum, c. quam periculosum. 7. q. i l. qui res §. aream

ff.de sol. Et quia denique ius alteri parti ex ista renunciatione est acquisitum, dicaturque in iudicijs quasi contractus l.3.§.idem scribit ff.de pec. Bar. in l.1.nu.10.C.de lit.cont. quo casu id sibi auferri non debet. l.fi. ff. de pac. l. id quod nostrum. ff.de regu.iu. maxime, quia aliàs sic uia fraudibus aperta uideretur, quibus obuiandum est l.in fundo, ff.de rei uen. c. sedes apostolica, de rescrip.

Nec obstabit quod pro contrario allegabatur quod in diuersis iudicijs licet mutare clamyden Et si agat mater dicere testamentum patris fuisse, si frater testamentum filij. l. papinianus. §. sed nec impuberis & ibi glo. & Bar. secũdum casum illius litere. ff.de inoffi.testa. quia procedit in casu suo, & ubi non erat ius aliquod, renunciatione (ut hic parti) acquisitum. Et fauore ultime uoluntatis, quod ibi declarant docto. & est argumentum in l. uel negare. ff. quemadmo. testa. ap. hic haud considerabile, & pendet ab his quæ habentur in c. cum in multis de rescrip. in 6. tu igitur cogitabis pariter, quia interim hæc erunt satis.

In glo. excusatur, in prin. dic subanditionem minime necessariam fuisse ex mente Decii, quoniam satis dictum erat in tex. nullo suo proprio priuilegio excusari, quæ uerba sanè & certe sunt ualde prægnantia, aliàs secus fuis-

set ut in auth. qua in prouincia. C. ubi de cri. agi, opor. & ut per eum latius. Adde tu quod
6 *fuit saltem probabilis † l. non solent. l. quæ dubitationis tollende gratia. ff. de regu. iur. l. 1. §. sed sciendum. ff, de edili. ed. l. 1. §. quamuis. ff. de uen. inspi.*

In ea ibi. l. fiscus. ubi aperte probatur fiscum succedentem in ius priuati, non uti eo iure quo
7 *ipse priuatus. † Soluit Bar. quod uerum est pro posteriori tempore, sed pro anteriori sic, quæ sol. fuit ipsius met Iu. Con. ibi. Sed dicit Deci. confundi per tex. in l. cum quidam in §. ex locato. ff. de usu. quem etiam glo. allegat, Et male ad propositũ Decii, quoniã lex generaliter loquens, debet reduci ad aliam magis specifice loquentem ut declarat Abb. in c. 1. col. 4. de lit. cont. dum respondet ad tex in l. 1. C. eo. ista igitur per illam intelligetur & declarabitur, estque argumentum in l. non est nouum & in l. sed & posteriores. ff. de legi. & in l. ut gradatim in §. & si lege ff. de mune. & hono. & in c. super questionum in prin. de offi. del. Vel dic tu & secundo, id usurarum odio esse ea lege inductum non considerabile in casu. d. l. fiscus. Sed & ista confunditur, quoniam usure iure ciuili erant permisse. l. eos. C. de usu. unde ultimo, Flo. in d. §. fiscus dicebat, quod non utitur passiue actiue autem*

sic. Et concordabuntur iura ista alio modo ut per eum sed ut rursum inquit Deci. non potest ratio diuersitatis assignari. Adde tamen tu pro ista sol. glo. in l. 2. in §. ex his ff. de uer. ob. & Bal. in l. eam quam col. 12. C. de fideicom. dixi ego in c. prudentiam col. 9. de offi. de. Minus tamẽ cæteris periculosa est prima & presertim quia uerisimilius est, ea iura sic potius concordari debere, quam aliter, argumentũ in l. i. C. de inoffi. dot, & in c. cum expediat de electio. in 6. ulterius dici tamen posset etiam quod hic loquatur de actitatis cum defuncto, ibi cum hærede. cogita.

In ea. glo. ibi. l. fi. C. de quad. præscrip. dic ut
8 *dicit Bar. † speciale esse, & ne dicatur non aßignata ratione miserorum refugium fore, iuxta glo. in l. filium quem habentem C. fami. hær. adde id non ab re decisum, ne fiscus damnum patiatur, regulamq; fieri debere secundum Alber. ut hic, & si quis casus inueniatur contrarius dici, quod sit speciale tunc uel alias nihil facere, quoniã ibi de succeßione proprie non agebatur, ut hic sentitq; Ange. & bene.*

In ea glo. ibi. l. fi. soluit Bar. quod non probat sed præsupposito q̃d quo quo modo faciat, ut idem Ange. dicit, responde ut supra non esse
9 *proprie † succeßionem, ita ut nec argui poßit*

de illo cassu, ad nostrum.

Si quis tutelam; *Dubium faciebat quod non in loco contractus, sed domicilij sui contrahens sit conueniendus, quando domicilium in loco contractus non haberet, quia (ut supra etiam dicebam) actor sequitur semper forum rei l. iuris ordinem C. de iurisd. o. iud. c. cum sit generale c. licet de foro comp. siue actio realis sit, siue sit personalis, siue criminalis d. l. iuris ordinem l. in criminali C. eo. siue de contractu agatur siue de distractu, ut ibidem & in l. 2. C. ubi & apud quem. forus autem rei est, ubi domicilium habet, ut in iuribus preallega. legitur, ergo.*

Contrarium tamen hic deciditur. Et ratio decisionis est, quia ubi contraxit quis ibi forum habere dicitur & sic is, qui conueniendus est, & hoc modo forum rei agens sequi dicitur, qua ratione tollitur illa dubitandi. Vel dicamus regu. Fallere ratione contractus, uel quasi, quem pro omni obligatione accipimus l. omnem infra eo. dicimusq; sic etiam, quod qui sortitur forum ratione delicti, uel quasi, auth. qua in prouincia C. ubi de cri. agi opor. item ratione rei site in loco l. 1. & 2. C. ubi in rem actio. Et Domicilij, quod quidem ha-

bere dicitur, ubi habet totam, uel maiorem partem fortunarum suarum, uel ubi habet larem, uel etiam ubi dies festos celebrare consueuit l. 2. C. de incol. lib. 10. l. libertus §. sola. ff. ad municipal. deq; his in c. fi. de fo. comp. & hic in glo. sed habe quod forum hoc est speciale ad differentiam generalis, quod est omnium Christianorum, Romæ scilicet, ibi enim unusquisque potest conueniri, nisi ius reuocandi domum habuerit quandoquidem communis patria sit ut dixi in l. 2. in §. legatis supra eo. alias si se non defenderit ibi, & ibi domicilium non habuerit, bona possideri patietur.

Sed quid si conuenisset, alio in loco conueniri pariter? Dubium faciebat hoc non obstante, cõueniri debere, in loco contractus, ex quo hoc à lege inductum est, ob publicam utilitatem, cui pacto priuatorum renunciari non potest l. ius publicum ff. de pac. l. testandi C. de testa.

Tamen & in casu isto quoq;, contrarium deciditur hic, & hoc idem, quia sicut contractus, ex conuentione partium legem accipiũt l. i. §. si conueniat ff. depo. ita accipere debent & iudicia. l. 3. §. idem scribit. ff. de pecu. Bar. in l. i. nume. 10. C. de lit. cont.

Ad oppositum respondetur, non esse uerum, pri

uatam enim utilitatem potius respicit quam publicam ut de se patet, ideo potuit & potest absque dubio, pacto eidem renunciari. d. l. si quis in conscribendo. & ut infra.

Verum dubitatur, an dictum in contractu procedat indistincte & simpliciter an uero distinctio adhiberi debeat, an contractum sit cum aduena confestim recessuro, necne. Et prima facie dicendum uidebatur qđ sic, quoniam ratio quod quis sortiatur forum in loco ubi contraxit generalis est, argumētum in l. regula. in §. & licet. & ibi Bar. ff. de iu. & fac. igno.

Nihilominus contrarium hic deciditur, & ratio decisionis est (ut tex. met dicit) quia durissimum uidetur, quem tot locis se defendere, quot quot nauigat, uel iter faciens delatus est, haud considerabile ubi quis constiterit nō iure domicilii, sed quia tabernā, pergulam, horreū, armarium, officinam ue conduxerit.

Ad oppositum respondetur, quod unica non est quodque per istam uelut illi oppositam restringatur, argumentum in l. emptor in §. Lucius, & in l. tres fratres ff. de pac. & in l. cum aquiliana cum uulga. ff. de transactio.

Noto primo pro ut etiam dictum est supra quod ratione contractus uel quasi, quis sortitur forum in eo loco ubi contractum est uel qua
10 *si † adeo quod si ibi conueniatur, ibi etiam*

defendi debeat, ut hic. Verum & rurſus dubito, quo modo hoc eſſe posſit cum dicat alibi tex. in d. l. iuris ordinē, quod conueniri debet reus, ubi domiciliū hēt uel habuit contractus tēpore. Secundo præſupponunt omnes, quod huius §. uſque ad uer. proinde, loquatur ſolum in quaſi contractu, & male, quia imò uidetur quod etiam de cōtractu loquatur, dum dicit: Vel quid aliud, unde obligatio oritur, quæ uerba innuere uidentur obligationem quoq; ex contractu. Et quia de argentaria etiam meminit, quæ non eſt exemplum quaſi contractus. Et ideo dicit Deci. audacter teneri, quod in §. iſto in prin. ponatur dictum generale, de contractibus & quaſi, in uer. autem proinde exempla ipſius contractus, quando quidē illa quaſi cōtractus ſatis, ſuperq; eſſent poſita hic. Tu non recedas à regu. tex. noſtri quem loqui di cas etiam eo modo, quo diuidi poteſt, & caſus figurari, ut ſupra oretenuſque ſatis dictū eſt. Nec facit tex. in d. l. iuris ordinem, quia poſſet dici, per iſtum corrigi, ſed quia legum correctio uitanda eſt l. i. C. de inoffi. dot. l. ſancimus. C. de teſta. l. præcipimus. C. de ap: nec facta unquam intelligatur, niſi expreſſe à lege. l. fi C. de ind. uid. tol. aliter reſpondeo id uerum eſſe, cum actor nō uult reum conuenire, in loco contractus, quia tunc id facere debet;

in loco domicilij, quod habet uel habuit tēpo re contractus; ut dicit tex. ille & non aliter & sic electio eris actoris. aliàs iura hæc forēt contraria nec possent saluari. hoc modo autē concordabuntur. Non ob. secundum, quia non est uerum, & hoc primum non inficiatur Deci. ex quo dictio illa, aliud, nota est simi litudinis l. si fugitiui ubi glo. C. de ser. fugi. & ob id hic, exemplificat glo. pariter in ad ministratore ciuitatis, & sic in quasi contra ctu. Non etiā negat quod argentaria non sit exemplum quasi contractus, cùm ex ea offi- cium Iudicis & non actio competat, ut not. in l. i. C. de eden. & in l. aristo. ff. de acqui. hæ. & in l. prætor ait in §. ex hoc edicto ff. de eden. officium autem iudicis nullam præ- supponit obligationem l. qui per collusionem §. fi. ff. de actio. emp. ergo nec actionem er- go nec contractum, contractus enim pater est obligatio mater, & actio filia l. licet §. ea ob ligatio ff. de procu. not. in l. i. ff. de eden. & ad propositum est tex. in l. argentarium infra eo. ubi argentaria & tutela æquiparari ui- dentur, & quasi contractus sunt exempla. Noto Secundo, quod reus citatus si se ipsum nō defendat in loco contractus neq; ibi domici-
11 *lium habeat † bona possideri patietur, idest missionem in possessionem ex primo decreto,*

bona scilicet (ut dicit glo.) quæ habet in loco cõtractus: Et nulla alia ratione (ut arbitror) nisi ut tedio affectus ueniat l. is cui. ff. ut in po. lega. in prin. l. consentaneum C. quo mo. & quando iud. c. quoniam frequenter §. fi. ut lite non cont. c. cum contingat de dolo et contu. et ex hoc potest declarari, quare est, quod domicilium repetierit, cum supra satis clare dictum fuerit, quod cogitandum hic Deci. reliquit; id ex eo fuisse, quia si se non defenderit in loco contractus, neque ibi domicilium habuerit, missionem in possessionẽ non patietur, ex quo spes est quod reuertatur, ideo repetijt, neq; ibi domicilium habeat, quod tamen probo, quia uidetur contra iura prædicta. Tu igitur cogitabis quoq;.

Sed maxima dubitatio est, forte enim in contractibus remissio locum non habet, quid si nec domicilium, nec bona haberet in loco contractus; dic ut infra in glo.

Tertio noto, si quis aliquid emerit à mercatore aduena, uel ei uendiderit, quem confestim
12 *sciebat † recessurum, quod non poterit eum conuenire in loco contractus, sed necesse habebit, eius domicilium sequi, alias secus, si sciebat confestim ipsum nõ recessurũ, quoniã tunc locum habebit dispositio legis nostræ, esto etiam quod ibi domicilium non haberet,*

ut in exemplis tex. & hoc (ut in eo rursum dicitur) quia durum est, tot locis quot naui. gat cogi se defendere. Addo ego bene facere id, quod uenisse non dicitur qui non stetit c. i. de indi. c; si quis autem 18. d. c. missas de consec. d. i. c. certum 11. q. 3. Imò fingitur non fuisse in loco, qui ibi fuit breui tempore l. ex facto magna. §. i. ff. de here. insti. l. seruis urbanis ff. de lega. 3. nec factum insuper dici id rursum potest quod non durauit l. itē §. quod si actor ff. quod cuiusq; uni. no. l. si pro patre §. uersum ff. de in rem uer. Quam ob rem, ad propositum si diceret statutum, quod Bannitus in ciuitate stare non possit, siq; steterit, decapitetur, quod non habebit locum in Bannito comedente ad hospitium, statim recessuro; ut declarat Ancha. consi. 75. ad fi. & nimirum quia mora modici temporis non curatur l. si debitori infra eo. l. et si post tres ff. si quis cau. & transitus est multum priuilegiatus l. si quis & ibi not. C. de ædif. priua. et si ad idem cedula citationis affigeretur Ostio, statimq; laceretur, non diceretur citatio competenter facta, ut declarat Feli. in c. ex parte decani col. 4. de rescrip. pro qua declaratione uidetur mihi tex. in cle. 2. ut lite pen. Vltimo dicerem ex prædictis inferri posse, id qđ dicitur in l. 2. in §.

legatis supra eo. quod destinatus scilicet ad aliquam prouinciam, per urbem transiens, non poterit ibidem conueniri sed ius reuocandi domum habebit, non tantum fore magistratus ratione, quantum ex eo, quia statim erat recessurus. Quod tamen non placet quia sequeretur, si non esset statim recessurus, quod posset conueniri, et tamen istud est contra illum tex. cogita.

Ex glo. sedebit, si uera est opinio alterius glo. in l. qui filium in §. sabinus ff. ad Treb. Colligi potest, quod in contractibus non habet
13 *locum remissio † quod tamen maxime dubiũ erat ex argu. supra factis sed quoniam (ut dicit Bar.) hodie hoc est expressum in c. Romana in §. contrahentes de fo. comp. in 6: non est aliter disputandũ, quando .n. aliquid est dubiũ de iure ciuili, clarum uero de iure canonico, huic standum est ẽt in foro illius c. i. et ibi Abb. de no. o. nun. Ias ubi multa in rub. ff. sol. mat. col. 7. idque non ab re ibidem introductum uidetur, quia omnino agenti prouisum est, permissionem in po. siue habuerit bona in loco contractus ut hic, siue non ut in iurib. in glo. allegat. Et hoc est quod dicitur alias, quod circuitus euitandi sunt, ubi minime necessarij fuerint, quodq; frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora. l. dominus testamento*

ff.de con.ind.cle.auditor de rescrip.§.præterea insti.quib.mo tol.ob.

Q uæ decisio tamen secundum eundẽ Bar.hic in tribus casibus limitatur. Primo quando fo
14 ret renuntiatũ priuilegio fori†ut not.in l.i.ff. si quis ius uo.non ierit.Ro.in singu.suis.279. Bal.in c.præterea col.2.de offi. del. Et hoc. quia renunciando priuilegio fori quod utique facere potest.l.si quis in conscribendo. C. de pac.consentit ut fiat remissio,aliàs renunciatio nihil operaretur et male l.si quando.ff.de lega.i.c.si Papa de priuil.in 6 .l.dit prætor in prin.ff.de iure iu. Bal.in rub.C.de cont.emp: in 9.q.& maxime in casu ubi foro potest renunciari expresse, aliàs secus, ut in clericis si hoc facere nõ possunt, etiam de proprio superioris consensu,c.si diligenti.c. significasti, de foro comp. Abb.in c.fi.eo. ti.declarat. & latius Deci.ut per eum.

Secundo limitatur in casu, quando reus latitat; i.turpiter se occultat. siue habeat bona siue non c.suscepto de exhib re.et male ac contra
15 tex.in d.§. contrahentes†& contra istum nostrũ.et est rationabile,quia si (ut dictum est) habet bona in loco quibus agenti succursũ sit, non ẽ necessaria remissionis petitio ; nec repeto. et maxime quia nec probatur in d.c. suscepto.§. consideremus in auth. de trien.& se.

Tertio limitatur, quando non latitaret, nec
16 *bona haberet in loco † ita Io. hic ad si glo. in quadam suppletione, quam tamen libri antiqui non habent, & testatur Bar. Adde tu bene facere tex. nostrum per ea, à contrario ubi patietur bona posideri, si se in loco contractus non defenderit, que ibi etiam habeat, ergo si non habeat missionem non patietur. l. i. §. huius rei. ff. de offi. eius cui man. est iu. scilicet & hauc quoque esse contra. d. §. conrtahentes dicas. sicque argumentum à contrario sumi non posse, quoniam resultaret absurdum sive & melius legum correctio. c. cupientes. §. quod si per uiginti de elec. c. i. ubi glo. de æta & qual in 6. l. 2. C. de cond. inser. not. in d. l i.*

Quarto ultra Bar. limitatur, quando iurasset sistere in loco contractus, & fuit limitatio
17 *Ange. hic † per tex. in §. si uero etiam quidã iurent in auth. de ex hib. re: Ro. singu. præal lega. 279. & probatur etiam in auth. ei qui iurat, desumpta ex d. §. si uero. C. de bo. aucto. iud. possiden. Ad quod accedat etiam, quod iuramentum præcise seruandum est, & quidẽ in forma specifica. c. ad nostram de iure iu. glo. in l si pecuniam. ff. de condic. ob cau: Et si diceretur quod tex. in d. §. si uero loquatur in de legato & delegante, & sic eo casu quo unum factum reputatur. l. fi. C. ubi & apud quem,*

nos autem in iudicibus diuersis, respondebo nihil esse, ex quo tex. ille fundatur in iuramẽto, Et aliud tollitur etiam si diceretur, quod non loquitur in diuersis territorijs, quia cum iuramentum uinculum sit, quod quidem operatur ut iurans coram eo respondeat omnimodo corã quo iurauit, et ad illum ui remittatur territorij diuersitas inconsideratione esse non debet, & minus quod plus fuerit iudex delegatus, quam ordinarius, Non ob. ultimo, si diceretur ad glo. in d. l. si pecuniam, quod uera sit dum modo coactio fiat à suo iudice, & non per uiam remissionis ut hic per Deci. quia respondebo satis fieri à suo iudice cum ad eius instantiam remittatur, ob iuramentum interpositum de respondendo in loco contractus. Cogita.

18 *Quinto limita ratione nimie contumaciæ † l. consentaneum & ibi Bal. C. quo mo. & quãdo iud. Ro. in loco de quo supra & rursum male ac contra tex. adhuc in d. § contrahentes, (secundum Deci.) in sui generalitate. Nec. ob tex. in d. l. consentaneum, quia loquitur in eodem iudice, nos autem in diuersis. tu aduerte, quia esto q̃ in eodem iudice loquatur, nos autem in diuersis, probat optime tamen, ex quo solum perseuerantia contumaciæ ibidem perpendi uidetur, in qua sola se fundat lex, &*

qua recedimus à regulis & dispositione iuris communis, ergo etiam ob id locum habebit in casu nostro, ut scilicet remittatur ad locum contractus, argumentum in l. regula in §. & licet. ff. de iur. & fac. igno. Nec ob. generalitas d. §. contrahentes, quia restringitur ad id quod rationis est, l. quique §. i. l. quamuis ff. de in ius uo. Bal. in auth. quod locum col. 2. C. de colla. & in auth. ingressi col. i. C. de sacrosanc. ec. nec idem Deci. negat, nec alij in apostil. ad Bar. hic, quodque eo magis hoc locum habebit, si lis sit et iudicium incohatum coram iudice contractus, pro quibus est etiam tex. in l. ubi cæptum & ibi diximus infra eo. ti. nostro. Non debet igitur præterquam in casibus (ut supra) fieri remissio, in contractibus, & alijs ut per docto. in d. §. contrahentes & in l. i. ff. si quis cau. & in l. 2. ubi de cri. agi opor. & in l. 2. C. ubi quis de cu. alia ue cond. conue. uerum aduerte, quia si fieret, saltim in illis casibus de quibus supra deberet sēper adhiberi causæ cognitio, & in eo quidem quod est causa remissionis ut declarat Ange. & bene per illum tex. in l. i. C. ubi cau. stat. agi deb. Secundo aduerte quod licet in contractibus non habeat communiter locum remissio, habet tamen locum in delictis, & ita tenent om-

nes declarando ut per eos, tametsi hodie non sit in usu argumentum in l. si de interpretatio ne ff. de legi. & in l. i. C. quæ sit lon. consue. Tertio aduerte, dum glo. in materia dicit alias delicta & contractus æquiparari in casibus & iuribus iam inuentis, non quæ postea statuta fuerunt, seu statuuntur, quia male loquitur secundum Bar. & contra tex. in l. non est nouum & in l. sed & posteriores ff. de legi. subijcientem amplius dici posse, quod æquiparentur ubi eadem est ratio sed in remissione cessat, quod tu declara, quia in contractibus missio in po. fieri potest, in delictis autem non, ergo. Dic tu glo. saluari posse, quoniam dixit forte, non æquiparari, in his quæ postea statuta fuerunt, quia non erat eadem ratio subijcitq; ob id, ut in delictis inuiti reducantur, à communi reprobatione tamen alias non recede, quam ad q. pulchram inducit Castren. ut per eum. Male loqui uidetur glo. rursum, dum dicit, quod si studio se absfuerit reus, ibit actor ad eum ubi erit d. l. iuris ordinem C. de iu. o. iud. nanque istud est de directo contra tex. istum, & diximus in figuratione casus.

Glo. proinde clara est, ex qua habes quod in loco contractus, quis potest conueniri, ibique 19 se debebit defendere † si ibi locum confece-

rit, ubi habitaret, alias non, ut infra in uer. seq. sed aduertendum dicit Bar. quia uerum est si contrahens sciebat eum confestim recessurum, non si ignorabat, probatq; tex. noster ibi quem scit inde confestim recessurum, nec ab re, quia si sciebat, subesse quid uidetur quod eidem possit imputari, cur cum eo contraxerit argumentum in l. 2. in §. quod diximus ff. si quis cau. & in l. si fideiussor in §. si necessaria ff. qui satisda. cogan. & in regu. damnum de regu. iu. in 6. quod tamen nõ est si ignorauerit, usque adeo ut ignorantia ei hoc casu obesse non debeat l. generali C. de tab. lib. 10. & quia istud est facti, factaque etiam quandoq; prudentissimos fallant l. 2. ff. de iu. & fac. igno. Imò quod scire est facti, ignorare autem quoddam nihil, ideo scientia non præsumetur. l. in bello. §. facte ff. de capti. & postli. re. ignorantia aũt sic, nisi probetur scientia. l. uerius. ff. de proba l. hoc aũt ff. de admi. tu. §. qđ aũt insti. de lega. Bal. in l. i. ad fi. C. de tempo. et repa. ap. & ita tenẽdum esset.

Verum cogita si dici possit, ignorantiam non excusare, tamet si præsumatur, & probabilis sit, quoniam debuit id diligenter perquirere ex quo iura etiam uigilantibus, non dormientibus subueniunt, l. pupillus in fi. ff. quæ in

